Gesta Friderici I
Gesta Federici I

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

GESTA FEDERICI I. IMPERATORIS IN LOMBARDIA AUCT. CIVE MEDIOLANENSI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1892.

GESTA FEDERICI I. IMPERATORIS IN LOMBARDIA

AUCT. CIVE MEDIOLANENSI

(ANNALES MEDIOLANENSES MAIORES)

RECOGNOVIT

OSWALDUS HOLDER-EGGER.

ACCEDUNT

GESTA FEDERICI I. IN EXPEDITIONE SACRA.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1892.

Magni pretii liber est, cui G. H. Pertz b. m. Annales Mediolanenses maiores inscripsit, quamvis auctor non annalistarum more res diversas nullo nisi temporis ordine servato memoriae tradiderit, sed ea tantum quae Fridericus imperator a primo in Lombardiam ingressu a. 1154. *usque ad indutias a.* 1177. *factas contra Mediolanenses gesserit et quaedam bella*[1] *Mediolanensium contra civitates illi foederatas mota narraverit, ne annos quidem, quibus res gestae sint, ubique adnotaverit; unde multo magis convenit libro titulus quem alter codicum praescriptum praebet:* Gesta Federici imperatoris in Lonbardia[2], *addito auctore cive Mediolanensi.*

Nam civis Mediolanensis, non clericus, fuisse videtur, qui dicit se mense Maio a. 1161. *inter eos electum esse, quorum* arbitrio annona et vinum et merces venderentur et pecunia mutuo daretur, *qui cum in urbe Mediolanensi obsessa a.* 1162. *ineunte maxima inopia esset, quanta pecunia carnem emerit, indicat, qui in prologo dixit, quae vidisset et audivisset se scripsisse. Fuit vir mitis ac mansueti animi, aequi iudicii etiam in hostes, veritatis amans, quem iure W. de Giesebrecht*[3] *b. m. magna laude extulit, simplicioris quidem ingenii et parum litteratus, utpote rudiori et impolito stilo usus, tamen librum magni faciendum et summa fide dignum posteris reliquit, qui post Ottonis Morenae egregium opus inter fontes rerum in Lom-*

1) *Quaedam, non omnia, ut auctor omnia praetermisit, quae Mediolanenses contra Laudenses egerunt, quin immo silentio transivit Laudam civitatem a Mediolanensibus destructam et ab imperatore reaedificatam, Cumanam civitatem Mediolanensibus subactam, quae ideo omisisse videtur, ne memoriam iniuriarum Cumanis et Laudensibus a Mediolanensibus illatarum renovaret, cum eo tempore, quo scribebat, hae civitates Mediolanensibus foedere Lombardico sociatae essent. Econtra omnia contra Papienses acta copiose narravit, cum hi etiam tunc Mediolanensibus infesti essent.* 2) *Vere in Lombardia, nam nullam paene rem extra Lombardiam gestam praeter electionem duorum pontificum a.* 1159. *auctor narravit, ne peste quidem a.* 1167. *Romae exercitum imperatoris contritum esse commemoravit. Et vere Gesta Federici, cum de rebus a.* 1168—1173. *in Lombardia gestis, cum imperator in Germania esset, omnino nihil retulerit. Cf. infra p.* 62. *Etiam Muratorius hoc perspexit, qui simili modo librum inscripsit.* 3) *'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXI, p.* 303—305.

bardia tunc temporis gestarum secundum locum obtinet. Quem tempore indutiarum sexennium inter imperatorem et societatem a. 1177. *factarum, paulo post hunc annum, nisi iam hieme eiusdem anni, scripsisse videtur, cum pacis a.* 1183. *Constantiae compositae mentionem non fecerit*[1]. *Qui non solum cum librum conderet, sed iam tempore bellorum a.* 1154—1162. *gestorum provectae aetatis fuisse videtur, quod cum lenitas et aequitas animi eius suadet, tum ex eo coniciendum est, quod nusquam se proeliis et expeditionibus Mediolanensium interfuisse dixerit.*

Cum haec sola de auctore comperta habeamus, nomen eius explorare nequimus. Habebatur quidem per saecula Raul seu Radulfus quidam auctor huius libri; sed nullo iure. In recenti enim apographo, quod solum exemplar huius libri exstat, eum sequuntur nullo intervallo facto tamquam partes eiusdem operis Gesta Federici in expeditione sacra infra edita et adnotationes quaedam de rebus a. 1201. 1202. 1230. *gestis, his demum subscriptus est versus claudicans:*

Qui fecit hoc opus, Sire Raul nomine dictus.

Et constat extitisse antiquum codicem eadem continentem, ex quo recens apographum nulla parte omissa vel addita descriptum esse apparet. Tristanus Calchus enim rerum scriptor Mediolanensium saec. XV. in libro suo Mediolani 1627. *edito non solum Gesta Federici in Lombardia, sed et Gesta Federici in expeditione sacra et adnotationes illas a.* 1201. 1202. 1230. *exscripsit, qui loco supra p.* 5. *memorato allato scripsit l. X, p.* 207*:* e quibus unum se fuisse nominatum inter auctores nostros Syre Raul scribit[2], *auctorem eum horum annalium ratus. Sed hoc G. H. Pertz*[3] *et W. de Giesebrecht*[4] *optimo iure reiecerunt. Patet enim virum post a.* 1230. *superstitem non potuisse a.* 1161. *munere fungi, ideoque illum Raul non auctorem Gestorum, sed aut scribam libellorum suo codice coniunctorum fuisse aut eos scribendos curasse, qui num ipse adnotationem de inundatione Ticini fluvii a.* 1230. *scripserit, annon, dubitare potes*[5].

1) *Post hanc pacem factam Alexandrum papam non arguisset promissis non servatis Lombardos deseruisse.* 2) *Et in prologo:* quidam noster Mediolanensis Syre Raul nuncupatus, quae interim in urbe fierent, subornavit. 3) *SS. XVIII, p.* 359. 4) *L. l. p.* 303. 5) *Eum circa a.* 1230. *vixisse conicere potes, neque tamen hoc constat. Et hic Sire Raul posset esse Guido de Raule, qui a.* 1235. *occurrit (Giulini, 'Memorie della città e campagna di Milano'* 1855. *IV, p.* 369*), ut monet W. de Giesebrecht l. l. p.* 303 *(sed Giulini IV, p.* 333. 339. *non Guido da Raule, ut Giesebrecht dicit, sed Guido da Rò occurrit; et Rhò est Raude, non Raule). — Tristanus Calchus, Hist. patr. p.* 207. *affert inscriptionem ab ipso visam:* Ioannes Raule de Busti Arsicio obiit MCCCXI. Ianuarii.

Codicis Rauliani apographum illud recens, quo Gesta Federici in Lombardia et Gesta Federici in expeditione sacra et notae a. 1201. 1202. 1230.[1] *continentur, nunc servatur*

A) in bibliotheca regia Mediolanensi Brerae AF. 9. 30, *chart., saec. XVII.*[2] *a librario quodam non ubique satis perspicue scriptum, quod non paucis vitiis laborat. Nonnunquam enim compluria verba omissa sunt, librario lineam transiliente vel a verbo quodam ad idem infra repetitum aberrante, ter etiam plura exciderunt (sub a.* 1162. *et* 1177*), forsitan quia haec detersa vel humore corrupta a librario legi nequiverunt*[3], *attamen lacunae non indicatae sunt. Multa etiam male lecta*[4] *et male scripta sunt*[5], *sed horum mendorum multa iam codex Raulianus habuit, ut ex eo patet, quod Tristanus Calchus aliquoties nomina locorum vel personarum eodem modo corrupta praebet*[6]. *Aliis autem locis, quibus codex A menda habet, Calchus ad illa corrigenda facit, cum rectas codicis Rauliani lectiones, praesertim nomina*[7] *habeat. Verba partim*[8] *in exemplari Brerae more Latinistarum saec. XVII, partim more Italorum saec. XIII ex. et XIV. scripta sunt, quorum exempla hoc loco subnotari*[9], *singulis locis afferre nolui.*

Ex hoc codice primus L. A. Muratorius, SS. R. Ital. VI, col. 1173 *sqq. a.* 1726. *librum inscriptum* Sire Raul sive Radulphi[10] Mediolanensis auctoris synchroni de rebus gestis

1) *Praeterea sequitur epistola Alexandri papae ex Caffari Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 28 *sq., descripta.* 2) *Inscriptio libri* Historia Sire Raul suum temporum. Incipit ab anno 1154. usque ad 1200. *est stulti scribae saec. XVII, qua nihil probari potest.* 3) *Minime folium codicis Rauliani excisum fuit, ut putat W. de Giesebrecht l. l. p.* 302, *nam quae sub a.* 1162. *duobus locis omissa sunt non tanta fuisse apparet, ut iis folium etiam minimum impletum esse potuerit.* 4) *Ut* ipsos suos *pro* preposuerunt, de Sarachlavi *pro* de foris et blavam, tributi a pallatino *pro* trabium ad palatium *etc.* 5) *Etiam falso coniectata occurrunt, ut sub a.* 1155, *ubi legendum est* Militibus . . . istarum portarum, *videlicet quarteriorum Mediolanensium, codex A male habet:* Custodibus . . . istarum portarum. 6) *Ut uterque* Garlimia *pro* Garbania *vel* Garbagnia, Azarengo *pro* Zarengo *etc. Bis eadem desunt nomina personarum apud Calchum, quae in cod. A omissa sunt.* 7) *Ad reliqua emendanda parum affert, cum non annalium verba descripserit, sed polita illa ac putida latinitate Ciceroniana sui temporis usus sit.* 8) *Ut semel* lachrime, edificare *et* hebdomada *pro* hedificare *et* ebdomada, hieme *pro* yeme, Octobr. *pro* Octubr. *Saepe, praesertim in exitu vocum, perraro in media voce* ae *et* ę *pro* e, *quod in Italia iam saec. XII. ex. a multis, saec. XIII. et XIV. ab omnibus pro* ae *scribebatur, restitutum est.* 9) *Saepe litterae consonantes, praesertim liquidae more Italico duplicatae sunt, ut* elligere, ellectio, millites, kallendas, mellioribus, dollore, mobillibus, debilles, consulli, comittibus, eggressus, missit, *sed* posessio. 10) *At inscriptione supra p.* 6, *n.* 5. *laudata ostenditur* Raul *nomen gentis, non praenomen Francogallicum ex Radulfo effectum* Raoul *esse.*

Friderici I. in Italia, *ut assolet, multis tam audacter inventis quam ineptis coniecturis depravatum, vitiis illius apographi paucis recte emendatis edidit. Eodem codice obiter evoluto male usus est G. H. Pertz, cum hunc libellum SS. XVIII, p.* 357 *sqq. ederet. Invento enim codice saec. XIII, quo altera recensio eiusdem legitur, hoc mendose exscripto pro fundamento editionis suae usus est, variis lectionibus codicis A permultis omissis, multis falso indicatis. Sed W. de Giesebrecht commentatione egregia inscripta 'Zur Mailändischen Geschichtschreibung' docuit*[1] *recenti illo exemplari auctoris Mediolanensis opus authenticum, etiamsi mendosum, legi, hoc antiquo codice eum a viro partis Guelfonum postea dictae depravatum corruptumque, commentis ac mendaciis in odium Friderici I. imperatoris et in gloriam Mediolanensium ac Placentinorum inventis auctum ampliatumque contineri. Ipse nuper docui in hanc formam libellum a Iohanne Codagnello Placentino circa a.* 1230. *redactum esse*[2]*, qui ei titulum indidit* Libelli doloris et tristitiae, angustiae et tribulationis, passionum et tormentorum[3], *mutuatus eum ab hoc quod auctor Mediolanensis dixit, urbe Mediolanensi destructa a magistratibus imperialibus tabulas censorias factas esse, qui liber Tristium et doloris vocatus esset*[4]. *Praemisso indice argumentorum Codagnellus narrationem rerum a.* 1154—1156. *paene integram descripsit, paucis verbis mutatis. Ab a.* 1157, *praemisso suo prologo, partim ex eo historiographi Mediolanensis descripto, usque ad a.* 1159. *ineuntem relationem in aliam formam redegit sermone suo stilo, ut opinatus est, polito et exornato, additis quibusdam, aliis omissis. Tum sequentia iterum paucis mutatis et numeris annorum falsis locis insertis descripsit usque in medium a.* 1160. *Pro sequente relatione authentica proelii Carcanensis suam commenticiam et mendaciter excogitatam posuit, in sequentibus etiam multa mutavit et adiecit, demum post deditionem Mediolanensium a.* 1162. *relatam ad priorem modum reversus, paucis leviter mutatis textum Gestorum usque ad finem*[5] *descripsit. Codagnelli recensio libelli continetur in*

1) *'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXI, p.* 301—317. 2) *'N. Archiv' XVI, p.* 265—279. 3) *Hunc titulum indici capitum ab ipso composito praescripsit, sed prologo auctoris Mediolanensis in Codagnelli codice praefixus est titulus* Gesta Federici imperatoris. De rebus gestis in Lonbardia, *itaque hunc titulum ab auctore Mediolanensi suo libello inditum esse crediderim, praesertim cum ei parti, quam Codagnellus in novam formam redegit, iterum titulus praescriptus sit:* De miseriis et angustiis Lonbardie passis ab imperatore Federico. 4) *W. de Giesebrecht l. l. p.* 306 *sq.* 5) *Sed omisit extrema verba Gestorum de inundatione a.* 1177.

B) codice P a r i s i n o *bibliothecae publicae Lat. nr.* 4931, *mbr., saec. XIII. medio duabus columnis una manu exarato, ubi ea inter reliqua opera Iohannis Codagnelli f.* 58b—70c. *continetur; de quibus vide 'N. Archiv' XVI, p.* 310—346. 475—509. *Hic codex mendosius etiam quam recens exemplar scriptus vitiis scatet; ad quae emendanda multum facit*

P) codex L o n d i n i e n s i s *musei Britannici Harleianus nr.* 3678. *Annalium Placentinorum Gibellinorum, saec. XIII ex. Annalista enim Placentinus (SS. XVIII, p.* 457—463*) codicis Codagnelli exemplar multo melioris notae quam B nactus*[1] *cum ex duobus aliis operibus in eo contentis, tum ex Codagnelli Libello tristitiae et doloris permulta exscripsit, quaedam quidem breviavit, nonnumquam verba leviter mutans, ea quae Codagnellus in odium imperatoris scripserat omisit vel mitigavit, attamen multis locis veram lectionem archetypi Codagnelliani servavit, ubi B corruptam praebet; quod ubique factum esse patet, ubi P cum A contra B convenit, exceptis paucis locis, quibus annalista Placentinus verba brevians vel mutans casu lectionem codicis A attingere potuit. His ergo subsidiis lectio codicis Codagnelliani vera ubique fere restitui potest.*


Habemus igitur duas recensiones, quarum auxilio textus Gestorum Federici in Lombardia restituendus est, Raulianam, quam A ac raro Tristanus Calchus, et Codagnellianam, quam B. P praebent. Neque tamen Raul nec Codagnellus autographo auctoris Mediolanensis usus est. Cum uterque etiam Gesta Federici in expeditione sacra descripserit, uterque codice quodam usus videtur esse, in quo haec libello civis Mediolanensis subiuncta erant. Sane quidem haec etiam codici autographo illi postea subiungi potuerunt, sed et codex Raulianus et Codagnellianus quosdam iam locos corruptos habuerunt, quibus probatur illum non autographum, sed exemplar fuisse[2]. *Praetermissis autem paucis mendis huius exempli, ubique veram lectionem auctoris Mediolanensis deprehendere nos patet, ubi A cum B. P*

1) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 279 *sqq.* 2) *Videlicet in A et B sub a.* 1177. *corrupte legitur:* treuguam . . . firmaverunt, et eis in perpetuum fecit, *ubi quaedam omissa esse videntur. — Sub a.* 1158. *loco in B omisso, A habet* erat maragno, *P* erat aput aragnum, *ubi auctor Mediol. scripserat* erat in Anagnia. *Etiam sub a.* 1160. *A. B. P. (Calchus) habent* Iohannes de Aragnio *(Calchus* Ioannes Aragnius*), ubi* I. de Anagnia *legendum videtur esse. — Sub a.* 1157. *A habet:* ita quod nemo poterat egredi vel exire, *P* i. q. n. p. ingredi vel exire, *B* i. q. n. p. egredi vel intrare, *unde apparet et codicem Raul. et Codagn.* egredi *falso pro* ingredi *habuisse, hoc in P recte correctum, in B* exire *in* intrare *mutatum esse. Similes paucos locos infra in varia lectione invenies.*

aut cum B aut P solo convenit; ubi vero A ab una parte et B. P ab altera differunt, cum Codagnellum etiam in iis partibus, quas integras descripsit, quaedam mutasse constet, lectio codicis A tam sana, ut ab annalista Mediolanensi scripta esse possit, ubique retinenda est, menda eius multa auxilio codicum B. P corrigenda, omissa ex eisdem restituenda sunt. Tamen non paucis locis difficile est discretu, uter veram lectionem servaverit, nonnullis autem locis ad hoc diiudicandum faciunt tria alia subsidia. Nam, ut W. de Giesebrecht docuit[1], *Annalium Mediolanensium minorum editorum a Ph. Jaffé b. m. SS. XVIII, p.* 392 *sqq. ea pars, quae a.* 1154—1177. *complectitur, paucis ex aliis annalibus insertis, ex Gestis Federici in Lombardia excerpta est. Praeterea in Galvanei Flàmmae Manipulo florum c.* 181—204.[2] *et Chronico maiore*[3] *loci ex hoc libello sumpti reperiuntur. Hic quidem ipse hunc librum non legisse, sed quae ex eo deducta affert ex Gothofredi de Bussero Chronico adhuc latente sumpsisse videtur*[4], *et haec quidem pauca sunt et confuse mixta cum relationibus aliorum auctorum, ut Danielis falsarii Chronicae comitum de Inglexio, Ottonis Morenae*[5], *Sicardi, Iacobi de Varagine, attamen et Annales Mediolanenses minores et Galvanei opera nonnullis locis faciunt ad veram lectionem restituendam, cum constet quae in illis libris ex hoc opere sumpta leguntur neque ex codice Rauliano*[6] *neque ex Codagnelliano, sed ex aliis exemplaribus derivata esse*[7].

Itaque, cum difficilius sit verum textum annalistae Mediolanensis restituere, propono lectoribus stemmatis imaginem, qua cognoscatur, quomodo subsidia editionis nostrae ex archetypo derivata sint.

1) *L. l. p.* 314 *sq.* 337. 2) *Muratori, SS. R. Ital. XI, col.* 637 *sqq.* 3) *'Miscellanea di storia Italiana' VII, p.* 651—721. 4) *Hoc chronicon saepe citavit in Chron. maiore et sub eius nomine ex hoc libello sumpta p.* 665. *et p.* 721. *extrema verba eius de diluvio a.* 1177. *attulit.* 5) *Dubito num ipsum Morenae opus legerit, semel Bonacursi nomine laudat ex illo sumpta.* 6) *Nec Galvaneus neque Annales Mediol. minores quidquam habent ex Gestis Fed. in exped. sacra et ex notis a.* 1201. 1202. 1230. *huius codicis sumpta, et eorum lectiones nonnullae cum B. P (Codagn.) contra A et Calchum conveniunt.* 7) *Paucissima ex Gestis Fed. sumpta nescio per quem librum transierunt etiam in Chron. Mediolanense a.* 996—1237. *editum ab Eug. De Levis, Ant. Cisalpinae reipubl. hist. monum. p.* 10—21, *sed haec nullius momenti sunt ad textum Gestorum emendandum. Pauca ex his sumpta etiam in Chronica Donati Bossii (Mediolani* 1492*) leguntur, sed hic quoque Gesta ipsa non legisse, partim ea ex Galvanei Flammae operibus sumpsisse videtur. Certe haec nullius momenti sunt.*



Cum vero authenticum opus auctoris Mediolanensis tantum per codicem Raulianum nobis servatum sit, hoc non integrum ad nos pervenisse aliquis conicere posset. Sed hoc negandum est, immo praeter lacunas duas iam supra (p. 7) indicatas[1] *nihil periisse ex eo patet, quod nec Codagnellus neque alii qui genuinum opus exscripsere plura praebent, quae ex eo sumpta esse possent.*

Codices A et B ipse exscripsi et sane uberem messem emendandorum et variae lectionis inde reportavi, codicis A etiam varia lectione a Philippo Jaffé exscripta usus, antequam ipse eum Mediolani iterum evolverem. Codicis P variam lectionem ex editione Pertzii assumpsi.

Editionem meam ita institui, ut earum partium, in quibus Codagnellus nihil vel perpauca mutavit, unum textum, authenticum videlicet, darem, subnotatis lectionibus, quas a Codagnello mutatas aut a librariis corruptas iudicavi, in his partibus in verborum scribendorum ratione codicem B secutus[2]*; earum autem partium, quas Codagnellus in aliam formam redigens adulteravit suisque commentis ampliavit, supra textum authenticum Gestorum, infra eum Libelli tristitiae et doloris Codagnelli exhiberem, illo auxilio huius emendato, ubi oportuit et fieri potuit, in his partibus plerumque rationem verborum scribendorum codicis A secutus, exceptis iis quae iam supra p.* 7, *n.* 8. 9. *attuli similibusque, non verecundatus nonnulla verba in alia parte libelli aliter scripsisse. Praeter orthographica omnem variam lectionem, etiam menda codicum omnia subnotavi, sed ex Annalibus Placentinis (P) ea tantum attuli, quibus aliquid momenti inesse ad textum Gestorum aut Libri tristitiae constituendum censui, praetermissis iis quae ab auctore Placentino Gibellino mutata esse mihi persuasum fuit.*

1) *Sub a.* 1177, *ubi A lacunam habet, Codagn. integrum et genuinum textum praebet.* 2) *Praeterquam quod quaedam verba singulis locis praeter consuetam rationem scripta, ut* opresionem, neccesarium, colegerunt, banivit, *eo modo scripsi, quo A et aliis locis B ea praebent.*

Numeros paginarum et capitum editionis Pertzianae in margine adnotavi, capitum divisione non instituta, cum neque in codice Rauliano neque in Codagnelliano opus in capitula dispertitum esset, neque index capitulorum a Codagnello praemissus cum ipso Libello tristitiae et doloris satis congruat. Praebet enim unam capitis inscriptionem, cui in libro nihil respondet, aliis argumentum libri male relatum est, alia alio ordine disposita sunt, ut hunc indicem secutus ne Libellum tristitiae quidem, nedum opus authenticum in capita dispertire possis. Locorum nomina hodierna situmque in indice adnotavi[1], *verba parum nota in glossario explicavi.*

Gratum facere lectoribus mihi visus sum subiungendo huic libello eas partes annalium Mediolanensium, quibus de rebus a. 1154—1177. *relatum est. Et primo quidem partem* A n n a l i u m M e d i o l a n e n s i u m m i n o r u m, *ut editor Ph. Jaffé b. m. hunc libellum inscripsit, cui magis Annalium S. Eustorgii Mediolanensium titulum convenire W. de Giesebrecht monuit*[2]. *Tribus codicibus usus Jaffé hos annales SS. XVIII, p.* 392—399. *edidit, sed male illum codicem maxime secutus est, quem primo loco posuit. In hoc autem multa immutata esse ipse perspexisset, si cognovisset, quod W. de Giesebrecht ostendit*[3], *plurima partis a.* 1154—1177. *ex Gestis Federici in Lombardia excerpta esse, paucis insertis ex annalibus brevibus, quae proxime ad Notas S. Georgii accedunt*[4]. *Verum est* 1 *nonnunquam veram lectionem servasse, quam* 2 *et* 3 *corruptam vel mutatam habent, plerumque vero hi codices rectam,* 1 *immutatam lectionem praebent. Ideo textum huius partis recognovi. Codices sunt hi:*

1) *Codex olim Caroli Morbii chart., saec. XV, p.* 104—112.

2) *Codex bibliothecae Universitatis* T a u r i n e n s i s *nr.* 1045, *chart., saec. XVI, ex quo hos annales usque ad a.* 1218. *edidit*

1) *De locis urbis Mediolani, praesertim de portarum situ vide Fumagalli, 'Le Vicende di Milano durante la guerra con Federigo I. imperadore illustrate'. Milano* 1778. 4°. 2) *L. l. p.* 336 *sq.* 3) *Vide supra p.* 10. 4) *Cf. W. de Giesebrecht l. l. p.* 337 *sq. Non recte Giulini, 'Memorie di Milano' III, p.* 334. 428. *IV, p.* 265. 276. *coniecit hos annales a Gothofredo de Bussero compositos esse, cum eorum quae Galv. Flamma sub eius nomine attulit quaedam quidem in his annalibus legantur, alia autem minime in ea inveniantur. Non negarem Gothofredi chronicon in his annalibus exscriptum esse, sed hoc diiudicare nequeo.*

Pasini, Cod. mss. bibl. regii Taurinensis Athenaei II, p. 350—356.

3) *Codex olim monachorum S. Ambrosii Mediolanensis nr.* 161, *post comitis Iulii Porro Lambertenghi, a.* 1513. *ex 'vetustissimo' codice descriptus, ex quo Antonius Ceruti, 'Miscellanea di storia Italiana' VII, p.* 651. 713. 717. 721. *in notis a.* 1154—1156. 1168. 1174. 1176. *horum annalium edidit. Quia hic codex etiam Danielis falsarii Chronicam comitum de Inglexio continet, hi annales a Cerutio et Giulinio falso 'Cronichetta di Daniele' vocati sunt. Cum Ph. Jaffé hunc codicem frustra quaesierit, pro eo apographo eius Trivulziano usus est, quod sub nr.* 3. *posuit. Ubi hic codex iam nunc servetur, ignoro.*

Innumerorum mendorum codicum 1 *praesertim et* 2 *multa praetermisi. Quae ex Gestis Federici I. in Lombardia excerpta sunt minoribus litteris exprimenda curavi.*

Sequuntur a. 1154—1176. *Notarum S. Georgii Mediolanensium, quas Ph. Jaffé, SS. XVIII, p.* 386—389. *ex calendario ecclesiae S. Georgii in Palatio saec. XIII ex., servato in bibliotheca Ambrosiana A* 2 *inf., edidit.*

Tum dedi a. 1154—1177. *Annalium Mediolanensium brevium, qui ut Annales S. Eustorgii non a coaevis auctoribus scripti, sed saec. XIII (post a.* 1228*), ut dicimus, compilati sunt. Auctor exscripsit eosdem annales breves, qui postea magnam partem in calendario S. Georgii transcripti sunt*[1], *et proxime accedit ad Ann. Mediolanenses brevissimos*[2], *qui nihil ad a.* 1154—1177. *referunt, SS. XVIII, p.* 391 *sq. editos. Hos annales edidit Eug. De Levis, Antiqua Cisalpinae reipublicae hist. monumenta p.* 1—9. *ex duobus foliis membr. praefixis operibus Aeneae Sylvii, quae Casimirus Donaudi Taurinensis tunc possidebat. Quia haec etiam nunc latent, ex hoc libro annales repetiit Ph. Jaffé, SS. XVIII, p.* 389—391.

Ex duobus quae restant monumentis parvis Mediolanensibus, Memoriis scilicet Mediolanensibus (SS. XVIII, p. 399 *sqq.) et Chronico Mediolanensi a De Levis l. l. p.* 10—21. *mutilo edito, quae a.* 1154—1177. *attinent hoc loco repetere supersedeo, cum haec nullius sint momenti, codex ms. Chronici Mediolanensis etiam adhuc lateat.*

Berolini a. d. VII. Kal. Decembr. a. 1891.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Cf. W. de Giesebrecht l. l. p.* 337 *sq.* 2) *Cf. infra p.* 73, *n.* *. *Multi dierum numeri corrupti sunt in his annalibus.*

p. 360. [GESTA[a] FEDERICI IMPERATORIS. DE REBUS[b] GESTIS IN LONBARDIA.]*

[PROLOGUS[c] ISTIUS LIBELLI].

Licet impar operi et non sufficere posse videar, pro facultate tamen[d] ingenii ea que vidi et veraciter audivi ad utilitatem posterorum[e] scribere temptabo; maxima enim

*) *Codagnellus (B) praemisit hunc titulum et indicem capitum:*

p. 359. LIBELLUS ISTE NUNCUPATUR LIBELLUS TRISTITIE ET DOLORIS, ANGUSTIE[f] ET TRIBULATIONIS, PASSIONUM ET TORMENTORUM.

CUIUS LIBELLI HEC SUNT CAPITULA.

a) *hanc inscriptionem habent B. P* (imp. Fred.). b) *sic P;* urbe *B.* c) *haec inscriptio in solo B.* d) ing. tamen *B.* e) *deest B.* f) angustitie *B.* g) constructis *B.*

1) *Terdona ab imperatore destructa est, ut in libro narratur. Nescio an Codagn. scripserit* constructione *an* reconstructione. *Neque vero Placentini eam reaedificaverunt.* 2) *Nihil hac de re legitur in libro.* 3) *Viginti castra capta (non destructa) esse legitur infra sub a.* 1156. 4) *A Mediolanensibus ad Lomellum castrametatis castra* usque Gravadonum *destructa esse legitur sub a.* 1157. *post ea quae tribus sequentibus argumentis indicantur.* 5) *Quod Codagnellus infra sub a.* 1157. *narravit, auctor Mediolanensis hoc non dixit.*

succedentium versatur utilitas, cum ex precedentibus didicerint futura cavere[a]. Siquidem diligens lector, si[b] ea que scripta invenerit attente prospexerit, ne quando[c] in similem incidat iacturam, vitare curabit. Misere itaque Longo-

De rehedificatione castri de Lomello a Mediolanensibus et ipsius loci mantenendo.
De adventu imperatoris secunda vice in Lonbardiam.
De preliis multis factis circa Mediolanum a Mediolanensibus.
De obsidione facta ab imperatore et fere ab omnibus militibus et peditibus civitatum et locorum Lonbardie circa Mediolanum.
De preliis innumerabilibus, tormentis et laboribus factis in ipsa obsidione.
De pace et concordia facta inter imperatorem et Mediolanenses in ipsa obsidione.
De obsidione Creme ab imperatore ad inductam Cremonensium contra voluntatem Mediolanensium.
De laboribus factis in ipso loco a Mediolanensibus.
De ipsius loci Creme reditione imperatori.
De guera iterum incepta ab imperatore.
De obsidione facta a Mediolanensibus circa castrum Carcani et de bello facto tunc inter imperatorem et Mediolanenses.
De segetibus et leguminibus et viandis[d] et vineis guastatis[1] ab imperatore in terra Mediolani et circa civitatem.
De doloribus et laboribus habitis a Mediolanensibus in ipsa obsidione.
De urbe Mediolani reddita imperatori.
*De proditione a quodam concive Mediolani Iordano Scacabarozio nomine facta. *p. 360.
De destructione Terdone a Papiensibus auxilio imperatoris facta[2].
De civibus Mediolani relinquentibus civitatem et positis in burgis.
De civitate apud Sanctum Columbanum facta.
De coniuratione facta in marchia contra imperatorem.
De rehedificatione Terdone a Placentinis et Obizone Malaspina[3].
De rebedificatione civitatis Mediolani.
De adventu imperatoris in Lonbardiam.
De obsidione Alexandrie.
De pace facta apud Castigium inter imperatorem et Lonbardos.
De prelio de Legnano inter imperatorem et Mediolanenses.
De pace facta per Alexandrum papam inter imperatorem et Lonbardos.

a) dicer nocit carere *B.* b) *deest A.* c) quandoque *B.* d) *emendavi;* numidis *B.*

1) *In ipso libro blavae tantum devastatae esse dicuntur.* 2) *Haec in libro narrata sunt post ea quae sequenti argumento indicantur.* 3) *Haec leguntur in libro post ea quae sequentibus duobus argumentis indicantur.*

bardie[a], que sevitiam et inmanitatem Romanorum primum, Wandalorum[b], Gothorum, Winilorum[c], Francorum, Ungarorum, Theothonicorum[d] experta est[e], opressionem et insolitam subiectionem, maxime[f] Mediolanensium obsessionem, proditionem[g] atque destructionem breviter narrare studebo.*

1154. (1) Anno[h] dominice incarnationis MCLIIII. mense Octu-
Oct. bris intravit rex Fredericus[i], homo industrius, sagacissimus, fortissimus[k], Longobardiam[l] cum magno exercitu. Et tunc Mediolanenses cum Papiensibus erant in guerra, que cepta
Iul. erat in mense Iulii**·[1] ante[m]. Venit ergo conscilio[n] accepto, ut Longobardos[o] miro modo subiugaret. Et[p] cum sibi videretur necessarium alteram partem eligere, utilius duxit parti[q] Papiensium adherere, ne, si[r] Mediolanensium partem amplexus[s] esset, altera parte Longobardie subiugata, Mediolanenses, qui fortiores erant, rebelles existerent[t].
(Dec.) Ficte ergo, ut ex subsequentibus apparuit, apud Ronchalias[u] et[v] inter eos pacem teneri precepit et captivos ab[w] utraque parte sibi reddi iussit. Et cum venisset apud Landrianum, redditos sibi captivos Papiensium dimisit[x], Mediolanensium vero ligatos ad equorum caudas[y] trahens[z] per lutum duxit; quorum alii fuga, alii peccunia redempti[a] liberati sunt. Et ibi pistores et alii negotiatores, qui[b] portaverant exercitui necessaria, expoliati nudi dimissi sunt. Deinde venit Roxate, quorum bona abstulit, et postea villam[c] et castrum succendit[d]. Et inde recedens transivit

*) *B addit hos versus minio scriptos:*
Et tu, quisquis eris, cupiens audire libellum
Sis memor istorum, breviter que dixerit auctor.
Exime tortores videlicet atque dolores!
Ergo corde tene que perlegis, ut bene vites,
Nam levius[e] ledit quicquid previdimus ante[2].

**) erat medio mense Iunii *B*; mense Iunii *P*.

a) longobardiā *B*. b) unā dalorum *B* (*ex* uuādal. *archetypi Codagn.*); Vandal. *A*. c) Viniliorum Franchorum *A*. d) Teoton. *A*. e) est exp. *B*. f) maxime — destructionem *om. B*. g) prodictionem *A*. h) itaque *add. B*. i) Fedricus *A nonnunquam*. k) sagatiss. et nobilissimus *B. P*. l) lonbardiam *B*; lombardiam *P*. m) iunii. an̄ uenit *B*. n) consil. *A semper*. o) lonbardos *B*; lombardos *P*. p) *deest B. P* (Cum autem). q) *sic A. P; deest B*. r) *deest B*. s) amplius *B*. t) extiterent *A*. u) roncalias *B*; ronchaliam *P*. v) *deest B. P*. w) *sic A. P;* sibi ab utr. p. *B*. x) *sic B. P;* demissit, Mediolanenses *A*. y) *sic B. P;* caudam *A*. z) secum *B. P*. a) sunt *add., sed del. A*. b) qui — Roxate *om. B*. c) uilam *B*. d) successit *B*. e) *corr. Bethmann;* legimus *B*.

1) *Lectio cod. A procul dubio vera est, nam mense Aug. demum bellum inter Papienses et Mediolanenses exortum esse tradit Otto Morena, SS. XVIII, p.* 591. 2) *Cf. Gregor., In Evang. II, hom.* 35: Minus enim iacula feriunt quae praevidentur.

Ticinum et pontes, quos Mediolanenses hedificaverant[a], de- 1154. (Dec. 15).
struxit et circa castrum de[b] Galiate, quod erat archiepiscopi, et quod erat quatuor turribus et muro ab imo[c] fossati vallatum[d], tentoria fixit[e] et obsedit, donec funditus extirpavit. Et[b] destruxit etiam castra et villas de[f] Momi[g] et Trecate[h]; et inde discedens transpadavit.

Quartodecimo[i] die mensis Februarii, qui erat MCLV[k], 1155. Febr. 14.
cepit obsidere Terdonam. Mediolanensium vero quidam milites circa centum et sagittarii CC intraverunt in eam ad defendendum[l]; et sex[f] ex eis fuerunt mortui, videlicet[f]
Ugo Vicecomes[m] et[f] Ianinus[n] Mainerius et[f] *Albertinus *p. 361.
de Carate, Lanfrancus de Cruce[o, 1] et Rugerius[p] de Sancta Maria, et multi alii fuerunt mortui et vulnerati. Deficiente autem aqua et vino, reddiderunt se octavo decimo die[q]
mensis Aprilis, interveniente[r] abbate Bruno de Caravalle Apr. 18.
de Bagnolo[s], cui promiserat, quod civitatem in suo statu stare permitteret. Data autem fiducia civibus et extraneis exeundi cum hiis que portare poterant, alii egressi sunt, alii remanserunt in maiori ecclesia. Rex vero cum exercitu suo intravit in eam[t] et eam usque ad solum[u] destruxit, quoniam peccunia[v] accepta a Papiensibus, ut id, si facere posset, ad effectum perduceret[w], pacto tenebatur. Prefatus vero abbas nimio dolore atque tristitia tentus infra triduum mortuus esse fertur. Eodem quoque tempore Mediolanenses miserant ducentos milites et totidem pedites, ut exercitum offenderent; et morabantur in Horasco[x] et in Sarzano[y] et in Garbania[z] et in ceteris[a] locis Terdonensium et marchionum Malaspine.

Destructa Terdona castrametatus est in prato[b] quod (2)
dicitur Ducis iuxta Placentiam. Mediolanenses autem[c]

a) *sic A* (edif.). *P;* hedificauerunt *B.* b) *deest B.* c) ymo *B*; uno fossato *A*; *cf. infra p.* 22. d) uelatum *B.* — temptor. *A semper.* e) finxit *B. P.* f) *deest B. P.* g) Monti *A.* h) trezate *B. P.* i) Et quarta decima *B*; Quarta decima autem *P.* k) millesimo centesimo quinquagesimo quinto *A.* l) eam *add. B.* m) *sic B. P;* Vicecomites *A.* n) *sic P* (*ubi* Maynerius); Iannus *A*; lauinus marmorius *B.* o) *sic P;* curte *B*; L. de Cr. *om. A.* p) rogerius *B*; et R. de S. M. *om. P.* q) *sic B. P; deest A.* r) interuentu ab abbate brund de carauale *B.* s) baguiolo *B.* t) in eam *om. B. P.* u) ad fondum usque *B*; eam funditus *P.* v) pecunia *A semper.* w) perducet(ur) pactum *B.* x) morasco *B*; *cf. infra p.* 20. y) Sarrano *A*; serzano *B.* z) Garlimia *A. Calchus;* garbagina *B.* a) certis *A.* b) *sic A. P;* est imperator *B.* c) uero *B. P.*

1) Lafrancus de la Cruce *in cod. A omissus etiam a Galv. Flamma inter occisos recensetur Chron. mai., 'Misc. di storia Ital.' VII, p.* 672; *Manip. florum c.* 182, *Muratori, SS. XI, col.* 638, *ubi praeter hunc etiam* Lanfrancus de Curte *(ut B habet) nominatur. Quem utrumque etiam Tristan. Calchus l. VII (Mediolani* 1627*), p.* 169. *affert inter duces exercitus Mediolanensis, sed inter occisos Lanfranci nomen deest. Et cum sexti occisi nomen desit, nescio an* Lanfrancus de Curte *addendus sit.*

1155. miserunt milites et pedites duarum portarum, videlicet
porte Cumane et porte Nove[1], ad succurrendum et defen-
Apr. 26. dendum eam sexto Kal. Madii[a] predicte incarnationis. Rex
vero, cum non posset facere quod optabat, discedens inde
(Iun. 18). abiit[b] Romam, et ibi ab Adriano[c] papa coronatus et im-
perator factus est; postea reversus est ultra montes.

Cum autem rex a Placentia discessisset[d], ducenti
milites et ducenti pedites, quorum mentionem supra habui-
mus, qui missi fuerant, ut exercitum, qui obsidebat Terdo-
nam, quoquomodo[e] offenderent et impedirent, primo die
Maii 1. Madii ascenderunt montem[f] Terdone cum aliquibus Terdo-
nensium, minus tamen[g] L. Et cum ibi morarentur, Papien-
ses[h] gravissimo dolore perteriti[i] cum omni sua forcia equi-
taverunt et iuxta pontem qui dicitur Petri tentoria[k] sua
posuerunt. Sed[l] cum ibi ad pugnam vellent ascendere,
Guilielmus[m] marchio Montis-ferati publice, ne ad bellum
ascenderent[n], dedit eis conscilium dicens: 'Quid inconsulti
et insensati cogitatis? Putatis[o], quod in Longobardia sunt
meliores et forciores illis? Siquidem[p] de melioribus, quos
Mediolanenses habebant, electi sunt'*. Sed hoc[q] ideo dice-
bat, quia de voluntate eius erat, ut civitas rehedificaretur[r];
et hoc modo disuasit[s] eis, et reversi sunt unusquisque in
domum suam. Cum autem milites et pedites duarum porta-
rum, qui erant adhuc Placentie, hoc[t] audissent, timuerunt[u]
de fratribus suis, et duplomate[v] usi venerunt Terdonam,
et milites et pedites, qui occupaverant montem[w], remise-
runt[x] domum. Et ipsi baldaciter[y] steterunt ibi per[z]
(Maii 19). XV dies et obpugnaverunt Sallam[a] et fere obtinuerunt

*) *B addit:* preterea Gamundienses et Bergulienses et multi alii cum illis sunt[2].

a) Maii *A semper.* b) *sic A. I. Ann. Med. min.;* adhiit *B.* c) Hadriano *A*; andriano *P.* d) discesisset *A*; dicess. *post corr.* discess. *B.* e) quomodo *B.* f) montes *A.* g) tm̄ *B.* h) qui *add. A.* i) *sic B semper, A infra.* k) sua pos. tent. *B.* l) Sed — ascendere *om. B.* m) Gullielmus *A.* n) descenderent *A*; procederent *B.* o) Et put. *A.* p) Sed quidem *A.* q) haec *A.* r) redific. *A.* s) suasit *A.* t) haec audivissent *A.* u) *deest B.* v) duplamante *A.* w) montes *A.* x) miserunt *B.* y) blandaciter miserunt ibi *B.* z) pro quinque diebus *B.* a) montem et fecerunt ceperunt eam *B.*

1) *Equites et milites portarum Ticinensis et Vercellensis tunc Terdonam missos esse tradit Otto Morena, SS. XVIII, p.* 595. *Hos postea (die Maii* 30*) ad succurrendum missos esse infra procul dubio recte relatum est.* 2) *Haec a Codagnello addita esse patet. Supra enim dictum est non nisi paucos Terdonenses cum Mediolanensibus fuisse, infra p.* 30. *sub a.* 1158. *Gamundienses et Bergulienses in exercitu imperatoris recensentur. Otto Morena etiam SS. XVIII, p.* 594 *sq., solos Mediolanenses tunc in monte Terdonae fuisse refert.*

eam. Postea misse sunt[a] due alie porte, porta Romana et porta Horientalis[b], per terram Placentinorum et marchionum[c] Malaspine[d], quos Mediolanenses infinita peccunia quesierant, et alie due reverse sunt. Morantibus autem[e] ibi porta Romana et porta Horientali[f], Papienses iterum collegerunt infinitam multitudinem gentium, qualem nec antea nec postea habuerunt, et in pratis que dicuntur[g] de Fabrica iuxta montem[h] Terdone tentoria sua posuerunt. Militibus[i] vero istarum portarum revertentibus de Frascenda[k] causa ducendi[l] mercatum, atque orta[m] discensione inter consules[n] Maragaliam[o] et Ugonem de Pasciluco[p. 1], velocius[q] cepit Maragalia[r] cum vexillo suo contra Papienses equitare. Cepto autem ingenti prelio in capite burgi Terdone, qui est iuxta montem, Mediolanensibus terga dantibus[s], Papienses utpote[t] fortiores persecuti sunt eos usque in civitatem et fere una cum illis intraverunt, et[u] multos ex eis occiderunt et multos ceperunt, quamplures vero vulneraverunt, et papiliones et alia tentoria, que extra civitatem in montem[v] et in burgo erant[w], habuerunt; in quibus tentoriis et[e] multos roncinos et multos palafredos[x] et multas loricas et ocreas et galeas, quas[y] non potuerunt Mediolanenses propter repentinum prelium induere, et etiam argentea vasa et[z] peccuniam numeratam[a] et multam supellectilem[b] comprehenderunt et habuerunt. Cum autem sero factum esset, Papienses descenderunt et venerunt ad tentoria sua et refecerunt[c] se. Mediolanenses vero non potue-

1155. *(Maii 20).* *(Maii 25).*

a) P. miserunt *A*. b) orient. *A plerumque*. c) Plac. marchionem *B*. d) de Malaspina *A*. e) *deest B*. f) horientalis *B*; portae Romanae et portae Orientalis *A*. g) dicitur in fabr. *A*; *cf. infra p.* 21. h) Terd. montem *B*. i) Custodibus *A*. k) Frasceda *A*. l) ducenti *B*. m) *deest A*. n) *sic A. Calchus;* consulem *B*. o) *sic h. l.* (mãgaliam) *B*; Margaliam *A*. p) ug. pascilucto *B*. q) Velius *B*. r) margalia *A*; maragalliam nex. *B*. s) Med. cū gandentibus *B*. t) in pōte *B*. u) et — occid. *om. B*. v) *sic A. B.* w) erant et in b. *B*. x) palafrenos *A*. y) que *B*. z) plurimam *add., sed del. A*. a) innumeratam *B*. b) suplectilem *B*; et *add. A*. c) reffec. *B*.

1) *Litteris (spuriis?) Mediolanensium ad Terdonenses directis (Giulini, 'Memorie di Milano'* 1855. *III, p.* 449 *sq. ex codice saec. XIII. editis) subiuncti sunt versus memoriales valde corrupti, quibus decem consules Mediolanenses huius anni enumerantur. Inter eos neuter horum nominatur. Sed etiam quatuor consulum anni* 1155. *in carta quadam nominatorum (Giulini III, p.* 471*) tres tantum in illis versibus commemorati sunt, unde quaedam nomina illic aut falsa aut corrupta esse apparet. Et Maragalia de Alliate etiam in Ann. S. Eustorgii (infra) consul nominatur. Attamen dubitare aliquis posset, num lectio codicis Rauliani* (consules) *an Codagnelliani* (consulem) *vera sit. Priores tres illorum versuum sic restituendi videntur:*

Milenus centenus et quinquagesimus annus
Quintus erat Christi: lapsa refecta fuit
Terdona. Arnadius et Amizo necnon Arialdus *etc.*

1155. *p. 362. runt corpora sua reficere[a], aqua et vino et *aliis victualiis
eis[b] deficientibus; tota[c] tamen nocte vigilaverunt et laboraverunt hedificantes cementum[d], murum et alia obpugna-
(*Maii* 26). cula construentes. Mane autem facto Papienses bellum induxerunt et maximam pecuniam ei qui primus civitatem ingrederetur se[e] daturos publice promiserunt. Et cum fortiter pugnassent, resistente[f] eis Dei misericordia[1], que Mediolanensibus[g] ipsa et precedenti die affuit, optinere non valuerunt. De Mediolanensibus[h] tamen multi in ecclesia[i] [2] fugerunt, quorum nomina ad eorum ignominiam scripta fuerunt. Et sic cum gaudio et cum tristitia[k] Papienses recesserunt.

Cum vero Mediolanenses qui erant in civitate hoc
Maii 28. audissent[l], die sabbati ad vesperas consules militibus et[m] peditibus porte Ticinensis et porte Vercelline[n] preceperunt, ut cito fratribus suis vulneratis et obsessis auxiliarentur;
Maii 29. 30. qui altera die[o] iter capientes, die Lune circa vesperas fue-
Maii 31. runt apud Placentiam; die Martis castrametati sunt in
Iun. 1. pratis de Cruce; die Mercurii, qui erat Kal.[p] Iunii, in pratis que[q] sunt iuxta[r] Sarzanum et Horascum[s] ospitati sunt, ubi[t] nec aquam nec vinum habuerunt, nisi aliqui[u]
Iun. 2. secum in vasculis portaverant[v]. Die Iovis ad horam tertiam intraverunt destructam[w] civitatem et invenerunt fratres suos inbecilles et languidos, alios ex vulnere, alios ex alia corporis infirmitate, quoniam vestibus[x] expoliati a fri-
Math. 2, 10. gore capti febricitabant. Et illi videntes eos gavisi sunt gaudio magno valde.

Infra paucos dies Papienses tertio collegerunt[y] gentes, quas habere potuerunt, et tentoria sua in villa que dicitur Oria posuerunt, et armati ceperunt messes[z] Terdonensium depopulari. Militibus autem et peditibus porte Ticinensis et porte[a] Vercelline ad conflictum descendere[b] volentibus, ceteri aliarum duarum[c] portarum disuaserunt eis dicentes:

a) refficere *B.* b) sibi uictualibus *B.* c) et *add. A.* d) crementium *B.* e) *deest B.* f) resistentes *A.* g) Mediolanenses ipsa et precedentie defendit *B.* h) melioribus *A.* i) *sic A. B;* in eccl. multi *B.* k) et letitia *B.* l) audivissent *A.* m) et pedit. *om. A (ea in archetypo fuisse apparet infra, ubi* Mil. .. et peditibus porte Ticin.); p. Tic. et p. Verc. mil. et ped. *B.* n) uerceline *B plerumque.* o) qui altarect cap. *A.* p) in kal. *B.* q) qui *A.* r) inter serzanum *B.* s) orasco *B*; *cf. supra p.* 17. t) ň (nisi) *B.* u) illa *B.* v) portauerunt *B.* w) ad structam *A*; Terdonam *add. B.* x) a vest. *A.* y) congregauerunt *B.* z) meses *B.* a) *deest A.* b) descendentibus *corr.* descendere *A.* c) *deest A.*

1) *Magna pluvia terra adeo madefacta est,* quod Papienses ultra supra fossatum civitatis inherere non valuerunt, *teste Ottone Morena p.* 596.
2) in ecclesiam maiorem *Otto Mor. p.* 595.

'Nolite ad bellum proficisci, quasi de nobis fiduciam et 1155.
spem aliquam habentes; nullum enim patrocinium vobis[a] prestabimus, quia plures et fortiores[b] sunt, quam vobis[c] appareant'. Sed hoc[d] dicebant timentes vulnera et cedes, quas de manibus eorum fuerant perpessi. Hoc audito non fuerunt ausi descendere; qui[e] si descendissent, pro certo[f] finem guerre imposuissent.

Reversi sunt itaque Papienses[g] domum; et conscilio (3)
inito miserunt milites et pedites eodem mense in nocte
festivitatis sanctorum Gervasii[h] et Protasii, ut Setteza- *Iun.* 19.
num[i] opugnarent et caperent. Sed pauci milites Mediolani presenserunt, et ante lucem ibi fuerunt et invenerunt eos iam castrum circumdedisse[k], et ingenti clamore sunt eos agressi; at illi terga dantes fugerunt. Mediolanenses[l] persecuti sunt eos usque ad Pontem-longum et ultra, ex[m] eis centum pedites occiderunt et ducentos ceperunt. Milites vero eorum relictis peditibus fugerunt. Reversis[n] porta Romana et porta Horientali[o] a Terdona Mediolanum, alie
due steterunt ibi usque post festum sancti Iohannis bap- *Iun.* 24.
tiste et ceperunt rehedificare civitatem et circumdederunt eam muro, qui manet usque in hodiernam[p] diem. Siquidem milites cum equis suis duxerunt[q] sabulum de ripa Scrivie, pedites[r] vero calcem ad Sanctam Mariam[s] in Scultabis[t] inde portabant. Illis autem domum remeantibus[u], consules Mediolani duxerunt illuc octingentos milites; quibus pro unoquoque soldos quadraginta dederunt in mense usque ad quatuor menses.

Interim[v] consules Papiensium submiserunt, qui[w] dice- (4)
rent se daturos illis[a] castrum de Pozolo pecunie[x] interventu. Cum autem diem et[y] horam statuissent, Mediolanenses et Obizo marchio Malaspine[z] ad recipiendum castrum fiducialiter equitaverunt et ante solis ortum ibi fuerunt. Sed Papienses ante eorum adventum non longe a castello[a] insidias posuerant[b] et ingenti clamore in eos insurrexerunt, atque[c] ipsos in fugam conversos Papienses persecuti sunt usque in pratis de Fabrica et ducentos fere milites ceperunt; et plures cepissent, nisi quedam nebula eis obstitisset[d]. Nullus tamen ibi[e] fuit mortuus, nec marchio

1) *Martinus hic etiam vocatur a Tristano Calcho p.* 190. *et a Galv. Flamma, Chron. mai. p.* 671; *Manip. florum c.* 186. *Tertius hic Catelanus, illic Castellus ut in B a Galv. nominatur; sed Calchus ut A habet* Castellinus. 2) *Immo Mutinae.* 3) *Quod imperatorem die Apr.* 14. *audivisse tradit Vinc. Prag. p.* 676. *Sed cum hoc nullo modo coniungi possit cum iis quae hic auctor et Rahewin. III,* 32. 33. 37. *narrant, Otto Mor. p.* 609. *etiam contradicat, verum censeo quod hic refert, Trezzo castrum die Apr.* 18. *obsessum, Apr.* 20. *captum esse.*

Madregniano et Squarzaparte[a] de Buxinate et[b] Oldratus[c] 1159.
de Basilica-Petri et[b] Gasparus Menclocius[d] et[e] Rogerius
Marcellinus et[f] alii. Sed imperator non audebat adhuc[g]
assidue ibi esse, sed morabatur Laude. Eodem autem
mense, tertio decimo[h, 1] die mensis posuit insidias ad Cava- *Iul.* 13.
gniaram[i], et dux Bertoldus de Zarengo[k] erat[l] cum eo;
et[m] pedites Papiensium posuit in Settetiano[n], de militibus misit quosdam usque ad[m] Gratasoliam[o]; alii steterunt in Gaziano[p], alii ad Vicum-maiorem. Interea quidam perversus[q] de Gratasolia[r] subdole missus est a Papiensibus Mediolanum, et eius clamore et vociferatione egressi sunt milites de Mediolano et persecuti sunt eos usque ad Pontem-longum, et ceperunt milites et pedites Papiensium[s] fere omnes. Sed cum redibant[t], imperator egressus est de insidiis, ubi latebat, et apud Settetianum[u] fuit eis obviam, Papienses recuperavit et de Mediolanensibus cepit milites[v] trecentos et duxit eos Laude. Postea misit eos Papiam.

Ab illa die cepit confidenter morari apud Cremam, et fecit fieri testudinem mirabilem, qua implebatur fossatum; insuper fecit turrem ligneam altiorem et fortiorem et latiorem[w], quam unquam aliquis vidisset[x]; et fecit venire obsides, quos habebat Cremone, et captivos, quos habebat Papie, et[y] de melioribus et nobilioribus circa viginti in die suspendebat extra turrim[z] funibus ligatis humeris[a]; et in quodam ligno sedebant, ut lapidibus, qui iaciebantur[b] ab onagris[c], qui erant[d] in Crema, obruerentur, aut eorum timore vel amore castellum redderetur. Et cum[e] per aliquot dies ictus lapidum sustinuissent, turri[f] appropinquante castello et[g] dimissis de captivis et de obsidibus in nocte

---

Codagnelli Libellus tristitiae.

Ab illa die cepit confidenter morari in[h] Crema, id est apud (17)
Cremam, cum[i] fecit fieri testudinem mirabilem — — pons fractus est.

a) madr. squarzaps *B.* b) *deest B.* c) *sic B. Calchus;* Oldradus *A.* d) Menclotius *A.* e) et R. M. *om. A, quae iam in cod. Raul. omissa erant, cum apud Calchum p.* 191. *hoc nomen desit.* f) multi *add. B.* g) *sic B. P; deest A.* h) tertio *deest A,* decimo *deest B, in archetypo alter numerus alteri superscriptus vel in margine suppletus fuisse videtur, ut alter scriba alterum omitteret.* i) Cauaginaram *A*; cauagnieriam *B*; canagineram *P.* k) azarengo *A et Calchus.* l) erāt *B.* m) *deest B. P.* n) setezano *B. P.* o) *sic B. P;* Grattas. *A.* p) gazio *B. P (Gazium villa sita erat in districtu Placentino, unde Codagn. sic scripsisse videtur).* q) conversus *B*; *deest P.* r) *sic B. P;* Grattasollia sub dollo *A.* s) *deest B;* papienses *P.* t) rediebant *A.* u) setezanum *B. P.* v) *sic A. P; deest B.* w) *sic B. P;* et lat. *om. A.* x) uiderit *B. P; cf. supra p.* 23. y) *sic B. P; deest A.* z) *sic h. l. A. P;* turrem *B.* a) *sic A. P; deest B.* b) iactebantur *B*; iactabantur *P.* c) hon. *B.* d) erat *B.* e) *sic B. P; deest A.* f) *sic B. P;* cum appropinquarent *A.* g) ac *B. P.* h) in Cr. id est *des. P cum A.* i) fecitque *P.*

1) *Hunc diem Otto Morena l. l. p.* 610. *indicat.*

1159. in turri, timuerunt, ne altera die caperentur. Tota ergo nocte onagris[a] suis laboraverunt et lapidaverunt[b] et occiderunt ex illis qui erant in turri septem, hos videlicet: Caput[c]-de-malio de Pusterla[d], Pagnierum[e] de Lampugniano[f], filium Azonis[g] Cicerani[h. 1], filium Buze de Sancto Blatore, Presbiterum de Carusco[i], Turricum[k] de Bonate, Anricum[l] de Landriano[2]. Et isti marturiati sunt ea morte, qua aliquos[m] perisse nusquam legimus. Post
1160. aliquot[n] vero dies, cum preparasset pontem[3], quem pro-
(Ian. 21). iecit a turri super[o] munimina[p] fossati, cepit oppugnare[q] castellum; et multi Theothonicorum[r] ascenderunt munimina[s]; sed tunc[t] Mediolanenses et Cremenses[u] viriliter restiterunt et eos violenter expulerunt; et interim pons
Ian. 26. fractus[v] est. Altera tamen die, [vicesimo[w]] sexto die mensis Ianuarii reddiderunt castellum et egressi sunt, relinquentes
*p. 368. ibi *loricas et ocreas et galeas, Henrico duce Austrie eis ducatum prebente. Et stetit ibi octo dies[4] et destruxit eam usque ad solum[x].

1159. Sed interim, dum obsideretur Crema, Mediolanenses iuraverunt cum Brixiensibus et Placentinis et miserunt

---

Codagnelli Libellus tristitiae.

Altera tamen die, sexto mensis Ianuarii

Anno dominice incarnationis MCLX. reddiderunt castellum et egressi sunt — — eam usque ad solum.

(18) Sed interim, dum obsideretur Crema — — pape vel[y] eius successoris. Et d o m n u s papa c o n t r a e converso idem convenit, et[z] quod ab illa die usque ad quadraginta dies — — vacua essent et irrita.

a) hon. *B.* b) et lap. *om. B.* c) cap̄ *B, quod cum A* caput *legendum est, non* capre, *ut Pertz scripsit.* d) pustella *B.* e) paierium *B.* f) lampugnano *A.* g) azoti *B.* h) citerani *B*; Azeronis *A.* i) Presb. Carusae *A.* k) turicus *B.* l) anricus *B.* m) aliquem *B.* n) aliquos *B.* o) supra *A.* p) minima *B.* q) expugnare *B.* r) Teuton. *A.* s) miniā *B.* t) sed et contra *B.* u) cremonenses *A.* v) factus *A.* w) *suppleri (deest A. B), cum Crema hoc die capta sit, sed dubius haereo, num auctor sic scripserit; facile quidam legendo* sexto exeunte mens. *locus sanari posset, praesertim cum Ann. Med. min.* tercio exeunte mense *habeant, sed hoc modo dies numerandi auctor Mediolanensis nusquam alibi usus est; quod habent Ann. Plac. Gib. recte* VII. Kal. Febr. *ex alio fonte sumptum videtur.* x) solium *B.* y) *sic P;* vel — papa contra *om. B.* z) *sic P; deest B.*

1) *Azo Ciceranus fuit consul Mediolanensis a.* 1156*; Giulini, 'Memorie di Milano' III, p.* 457. 2) *Cf. Otto Mor. l. l. p.* 614: Illi de Mediolano, qui tunc interfecti fuerunt, sunt hii: Codemalus (*vel* Codemelius) de Pusterla, Anricus de Landriano et alii duo; de Cremensibus vero hii fuerunt: Presbyter de Calusco (*alii codd.* Calusto), Trucus (*alii codd.* Tructus) de Bonate, Aymus de Galliosso et alii duo. *Quorum duos in proelio supra narrato a.* 1159, *Iul.* 13. *captos esse narrat Otto l. l. p.* 611. 3) *Quem construxerat Marchisius transfuga, teste Ottone Morena l. l. p.* 617*; cf. Vinc. Prag. p.* 677. *et Carmen de gestis Frid. v.* 3055 *sqq.* 4) *Quinque dies tantum, ut asserit Otto Mor. p.* 619. *(imperator videlicet).*

legatos ad Adrianum papam, qui[a] erat in Anagnia[b], et 1159.
concordiam fecerunt iste tres civitates cum eo, quod exinde non paciscerentur vel aliquam[c] concordiam facerent[d] cum Federico imperatore absque licentia Adriani pape vel[e] eius catholici[f] successoris; et ita iuraverunt Cremenses[g]. Papa quoque e converso idem convenit cum eis, et convenit, quod ab illa die usque ad XL dies excomunicaret imperatorem[1]; qui[h] tamen non[i] iuravit. Accidit autem,
ut infra statutam diem papa moreretur[k]. Electus est autem *(Sept. 1).*
a cardinalibus concorditer magister Rolandinus, qui propter *(Sept. 7).*
religionem suam cepit se excusare, secundum quod canones et leges precipiunt[2]. Interea quidam alius[l] cardinalis nomine Octavianus conscilio[m] aliorum duorum cardinalium atque, ut ferebatur, conscilio Ottonis palatini comitis et Guidonis comitis de Blandrate[n], qui tunc erant legati imperatoris missi ad apostolicum[o], ex industria fecerat vetustissimum[p] mantum quendam suum clericum ibi portare. Et dum Rolandus decentissime[q] et religiosissime se excusaret, Octavianus iste accepit pallium[r] et sibi ipsi imposuit, versatum[s] tamen, ita[t] ut pars illa, que debebat esse circa humeros, esset iuxta[u] pedes[3], et ita faciendo . . . . .[v] duxit eum ad sedem. Senatores autem ceperunt[4] electum Alexandrum et alios cardinales et tenuerunt eos captos in
quadam turri novem dies[w]. Postea autem Octavianus[x] 1160.
venit ad imperatorem, qui erat Papie, et undecimo die
Februarii ab imperatore in apostolicum receptus est[y]. Sed *Febr. 11.*
postea tertio Kal. Marcii Iohannes de Anagnia[z] [5] cardi- *Febr. 28.*
nalis apostolice sedis et legatus Alexandri[a] pape in civitate

a) qui — aliquam concordiam *om. B (adsunt paulo mutata in P).* b) erat maragno *A*; erat aput aragnum *P.* c) concordium fac. aliquod *P.* d) ut fac. *B.* e) vel — quoque *om. B (adsunt in P, v. p.* 38*).* f) *deest P.* g) cremonenses *A.* h) cui *B.* i) *sic A. P; deest B.* k) moriretur *B.* l) *deest B. P.* m) cum consc. *B.* n) blandate *B. P*; Biandrate *A.* o) *sic A. P;* missi apostolico *B.* p) venustissimum *B. P.* q) *sic A. P;* de necentissime *B.* r) palium *A. P.* s) uersutum *A*; non sutum *B.* t) *deest B.* u) circa *del., et superscr.* iuxta *A.* v) coram illis *B (nulla lacuna in A apparente), quae corrupta esse apparet, conicio legendum esse* Cremensis cardinalis, *sed hoc in textu ponere non ausus sum.* w) *sic A. P;* diebus *B.* x) otauianus *h. l. A.* y) est rec. *B. P.* z) aragnio *B. P. (Calchus); sed* Anania *Galv. Fl., Chron. mai. p.* 663, Anagnia *Manip. fl. c.* 193. a) Alexandro papa *A.*

1) *Cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 350. 2) *Quae de electione duorum pontificum auctor scribit magnam partem cum epistola conveniunt, quam Alexander ad multos principes et civitates paucis mutatis misit (Jaffé ed.* 2. *nr.* 10584. 10586—92*), quamvis auctor ipse eam non legisse videatur.* 3) *Alexandri epistola:* ea pars manti, quae tegere anteriora debuerat, . . . posteriora tegebat. 4) *Hoc non verum, immo in peius versum est, quod Alexander scripsit, se cum cardinalibus in munitione ecclesiae novem diebus custoditum esse.* 5) *Hic Iohannes Anagninus cardinalis subdiaconus vocatur in epistola synodi Papiensis, Rahewin. IV,* 80, *p.* 266.

1160. Mediolani in maiori ecclesia excomunicavit[a] cum Oberto
archiepiscopo Ottavianum[b] et Federicum imperatorem. Et
Mart. 12. postea XII. die Marcii excomunicavit episcopum[c] Mantue[1],
Cremone[d, 2] et Laude[3] et marchionem de Monte-ferato et[e]
comitem de Blandrate[f], rectores et consules[g] Cremone et[h]
Papie, Novarie, Vercellarum[i], Laude[k], Seprii, Martexane[l].
Apr. 28. Item postea quinto Kal. Aprilis excomunicavit Lodoycum[m],
qui erat in Baradello, et statuit, ut omnia data, que facta
erant vel exinde fierent a Federico imperatore, donec non
haberet pacem cum ecclesia, vacua essent et irrita.

Mai. Postea autem medio mense Madii imperator cum ex-
ercitu suo iterum devastavit blavas et[e] legumina et linum
Mediolanensium a Medilio[n] usque Vertemate ab illa parte
Lambri; et inde rediens per alia loca devastavit Veiranum[o]
et[p] Brioscum et[h] Legnianum[q] et Nervianum[r] et Pollia-
Maii 31. num[s] et venit usque ad Venzagum[t] et Raude pridie[u] Kal.
Iunii; ubi[v] cum ibat, omnes arbores fructum portantes aut
Iun. 2. incidebat aut decorciabat. Secundo ergo die mensis Iunii
Mediolanenses milites et pedites accepta penitentia egressi
sunt cum[w] ducentis militibus Placentinorum[x], qui venerant
in occursum Mediolanensium[y], ad Sanctum Romanum ad
Quintum valde baldaciter cum carocero[z] et aliis plaustrellis
centum — que Guintelmus[a] fecerat, que quasi ad modum
scuti[b] facta fuerunt[c] in fronte; in[d] giro erant circumdata pre-
cidentibus[e] ferris factis de falcibus[f] pradariis[g] —, eo animo
et ea intentione, ut cum imperatore et cum[h] eius exercitu
dimicarent. In prima acie posuerunt[i] plaustrella, in se-
cunda carocerum cum peditibus et sagittariis, in tertia
cohorte[k] milites cum vexillis[l] et aliis signis, quarto loco
Placentinos. Sed cum imperator hec audisset, nocte sur-
rexit et ivit ad Baradigium[m], Mediolanensium timens[n]

Codagnelli Libellus tristitiae.

Postea autem medio mense — — inde abiit Papiam.

a) eum *add. A.* b) *sic h. l. A. B.* c) episcopos *B. P.* d) Crem. et *om. A.* e) *deest B.* f) blandate *B.* g) papie *add., sed del. A.* h) *deest B. P.* i) *sic B. P;* Vercelle *A.* k) *deest B; ante* Nov. *positum in P.* l) Martesane *A*; et Mart. *B. P.* m) *sic A. P;* lodoxcum *B.* n) *sic B et Calchus;* Midillio *A*; medulio *P.* o) Vairanum *A*; uerranium *P*; Veranum *Calchus.* p) *superscr. A; deest P.* q) legnanum *B. P.* r) legn. uernianum *P.* s) polianum *B. Calchus.* t) *sic A et Calchus;* uerzagum *B. P.* u) primo die callendas *A.* v) ubi — Iunii *om. A, oculo scribae a priore* Iunii *ad posterius aberrante.* w) *sic B. P; deest A.* x) placetinorum *B.* y) mediolanensibus *A.* z) caroceno *A.* a) Guintelinus *A*; guitelmus *B. P.* b) *sic B. P;* sicuri *A.* c) fuerant et in *B.* d) et in *B. P.* e) incidentibus *B.* f) *sic A. P;* facibus *B.* g) *sic P;* predariis *A. B.* h) *deest B.* i) *sic A. P;* actie posuerant *B.* k) cohortes *A.* l) peditibus *del., et superscr.* vexillis *A.* m) Baradegium *A*; aradigium *P.* n) v. t. *B.*

1) *Garsendonium.* 2) *Ubertum.* 3) *Albericum.*

vires. Mediolanenses vero, cum stetissent[a] ibi usque ad 1160.
medium diem[b], reversi sunt in domum suam. Et imperator
postea abiit ad Morimondum et combussit[c] domos eorum
de foris et blavam[d] eorum succendit, et inde abiit Papiam.

Mense autem Iulio proximo tres porte, scilicet porta *Iul.*
Vercellina et porta Cumana et porta Nova, ascenderunt in
Martesanam et ceperunt Sezanam et Cornate et Herbam
et Paravisinum et alia loca; et postea castra sua posuerunt
circa castellum de Carchano existimantes, quod possent
capere illud. Et cum stetissent ibi per octo dies, miserunt
*Mediolanum nuncios, ut alie tres porte subrogarentur. Et *p. 369.
cum substitute essent et ibi paucos dies stetissent, impe-
rator cepit congregare exercitum suum. Quo audito Me-
diolanenses timuerunt et alias tres portas, que descenderant,
ascendere fecerunt. Sexto itaque die mensis Augusti im- *Aug. 6.*
perator castrametatus est ad Spigizollum[1]. Altera die, *Aug. 7.*

Codagnelli Libellus tristitiae.

Milleximo centeximo sexagesimo de mense Iulio[e] Medio- (19)
lanenses cum carocio et cum omni gente sua iverunt ad
obsidendum castrum de Carcani, quod erat federatum cum
imperatore Federico et in quantum poterat urbem Medio-
lani impugnabat. Cum autem in obsidione ipsius castri
permanerent, imperator Federicus cum mille militibus Theo-
thonicis intravit in Lonbardiam[2]; *qui festinanter collegit *p. 369.
exercitum magnum, cum[f] marchione Montis-ferati et aliis
marchionibus et comitibus et baronis[g] et[h] viris nobilibus
illarum partium et cum universa gente civitatis Papie et
cum Novariensibus et Cumanis iter suum versus Mediola-
num et expeditionem[i] direxit[3]. Hoc audito a Mediolanensibus,
valde timuerunt. Verumtamen Mediolanenses, non tamquam
viri timidi et pavidi, sed tamquam viri summe audatie,
cives omnes qui remanserant ad civitatem, preter illos qui

a) *sic A. P;* fuissent *B.* b) *sic A. P; deest B.* c) combusit *A*; conbuscit *B.* d) eorum de sarachlavi *A, quam W. de Giesebrecht, 'Forsch.' XXI, p.* 309, *n.* 1. *falso veram lectionem esse censuit, nesciens verba* eorum succ. *a Muratorio omissa etiam in cod. A legi.* e) iulii *P.* f) et cum *P.* g) *sic B. P. h. l. et infra.* h) *deest P.* i) uelociter *add. P.*

1) *Corruptum esse nomen huius loci, qui nusquam reperitur, conicio et legendum esse* Vigizollum, *quod est Vighizzolo a Cantù orientem et meridiem versus situm.* 2) *Neutiquam tunc intravit Lombardiam, iam antea in ea moratus, ut ipse Codagn. ex Gestis Fed. scripserat.* 3) *Hanc narrationem proelii Carcanensis in laudem Mediolanensium, in dedecus et opprobrium imperatoris Codagnellus mendaciter partim auxit et ampliavit, partim commentus est; cf. quae W. de Giesebrecht, 'Forsch.' XXI, p.* 309, *et ego 'N. Archiv' XVI, p.* 269—275. *disseruimus.*

1160. Aug. 7. prima feria ducenti milites Brixiensium intraverunt castra Mediolanensium, ut eis suffragarentur; unde valde confortati sunt. Et miserunt statim pedites porte Vercelline
Aug. 8. burgi in castello de Orsanigo. Secunda feria castrametatus est imperator iuxta Orsanigum[a] et Taxariam et usque ad lacum[b, 1] et viam hostibus obstruxit[c] tantum, ut etiam arbores precisas in via sterneret. Eodem die Mediolanenses castra, que dispersa erant circa castellum de Carcani, fecerunt congregari et poni inter[d] Taxariam et Carcani. Item eodem die Obertus archiepiscopus et Millo archipresbiter et Galdinus diaconus, Alghisius[e] cimiliarcha suaserunt populo et ex parte Dei omnipotentis et beati Ambrosii preceperunt eis, ut confidenter ad bellum procederent, scientes, quod Dominus esset cum illis. Summo itaque
Aug. 9. mane[f] octavo[g] die Augusti deficientibus eis victualibus viam ferro aperiendam proposuerunt[h]. Pedites vero burgorum porte Ticinensis et pusterle Sancte Eufemie relique-

Codagnelli Libellus tristitiae.

remanserant pro civitate custodienda, et omnes extra civitatem comorantes[i] venire fecerunt. Interim[k] imperator die ac nocte equitando cum omni exercitu suo inter civitatem Mediolani et expeditionem sua posuit tentoria, ita quod nullus cum mercato nec etiam aliquo[l] modo ad expeditionem accedere poterat; sed divina favente gratia altera die precedenti ducenti milites Placentie[2] et totidem Brixie in succursum Mediolanensium accesserant[m]; unde Mediolanenses plurimum sunt confortati et gaudio magno gavisi.
Aug. 9. Octavo die mensis Augusti, cum Mediolanenses perciperent victualia eis deficere[n] et mercatum minime habere posse, viam fore aperiendam ferro[m] proposuerunt. Hoc ita facto et statuto, domnus Obertus archiepiscopus et Milus archipresbiter, Gaudinus archidiaconus atque Algisius cimiliarcha et multi alii clerici, qui in exercitu aderant, preceperunt populo ex parte Dei omnipotentis et beati Ambroxii in publica concione et militibus omnibus, ut confidenter ad bellum procederent[o]; quod securiter facere debebant, quia illud castrum et eiusdem castri habitatores, iura quidem et possessiones ad domnum archiepiscopum specta-

a) orsonigum *h. l. A.* b) *emendavi;* latum *A.* c) astruxit *A*; *corr. Pertz.* d) intra *A.* e) Alghicus *A h. l., cf. infra p.* 53. f) deficientibus *add., sed del. A.* g) *corrige* nono, *quod scribere non ausus sum, cum et Codagn.* octavo *habeat, sed coniciendum est in archetypo* VIIII. *scriptum fuisse, quod postea in* VIII. *corruptum sit.* h) censuerunt *corr.* proposuerunt *A.* i) ad expedicionem *add. P.* k) *sic P;* Iterum *B.* l) alio *P*, *nescio an recte.* m) accesserunt *P.* n) *sic P; deest B.* o) p̄cederunt *B.*

1) *De Alserio scilicet.* 2) *Ecce manibus deprehendis falsarium Placentinum.*

runt, ut castra a Carcanensibus custodirent. Pedites porte 1160.
Cumane posuerunt ad Taxariam; que[a] castra imperatoris a castris Mediolanensibus non distabant ibi, nisi quantum est iactum balliste. Celebrato itaque divino offitio et confessione facta et penitentia accepta, processerunt ad bellum cum carozero[b], quod in nocte fecerant. Pedites vero, quia intererat parum, statim ex eis[c] quidam intraverunt castra imperatoris et ceperunt spoliare ea. Imperator cum vidisset eos oneratos spoliis, progressus est contra eos et de militibus et peditibus illis alios occidit, alios vulneravit, alios cepit, alios usque ad castra eorum fugavit. Carrocerum[d]

Codagnelli Libellus tristitiae.

bant[1], et contra ipsum sepe et sepius deierati erant, et quod iniquissimum et gravissimum videtur et etiam deterius est, domno archiepiscopo et urbi Mediolani rebelles in quantum poterant pro imperatore existebant. Celebrato itaque divino offitio et confessione in publica concione facta et penitentia de delictis eorum accepta, agmina eorum in hunc modum construxerunt[e]: In prima namque actie posuerunt omnes milites adholescentes usque in XXXV[f] annis, et fuerunt numero mille quingenti. In secunda vero actie omnes milites usque in L annis, qui fuerunt similiter mille quingenti. In tertia actie omnes milites seniores, viros nobiles et prudentes, cognoscentes temptare fortunam belli et docti[g] bello, *et fuerunt[h] mille. Placentini quidem et Brixienses *p. 370.
milites in una sclera iuxta populum, qui confortarent et manutenerent populum et auxilium prestarent populo ad carocium manutenendum et defendendum. Quo facto et ordinato, asclerati catervatim versus exercitum imperatoris perexerunt; non distabant[i] enim ab expeditione imperatoris[k] per[l] medium miliare.

Cum[m] autem appropinquassent iuxta castra imperatoris, tubis et aliis signis belli per partes sonantibus[n] prelium incipitur. Milites vero adholescentes primo prelium cum quadam magna sclera imperatoris inhierunt. Certatur ab utraque parte gravissime et iniquissime; multi ab utraque parte de equis sunt proiecti et per campum huc et

a) quia *corr. Murat.* b) carozeno *A.* c) *emendavi;* st. sex *A.* d) Carrocenum *A.* e) constituerunt *P.* f) *sic P (quod probabilius videtur);* XXXX *B.* g) *sic B.* h) numero *add. P.* i) *sic P;* distabat *B.* k) nisi *supplendum videtur.* l) p. m. mil. *ex P suppl., des. B spatio dimidiae lineae vacuo relicto.* m) ECum *B, littera* E *minio picta.* n) *sic P;* sonates *B; cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 273.

1) *Cf. Galv. Flamma, Chron. mai. l. l. p.* 674: certum est, quod castrum de Carchano est feudum archiepiscopi.

1160. quoque in fossatum proiecit et boves eius habuit. Sed alii milites Mediolanensium, qui cum Brixiensibus ascenderant montem post castra imperatoris, aliam partem exercitus eius fugaverunt et ex eis multos ceperunt et persecuti sunt eos usque Montorfanum et marchionem Montis-ferrati usque
*p. 370. ad Angleriam, et reversi stabant *contra castra imperatoris.

Codagnelli Libellus tristitiae.

illuc vacillando pergentes, sub pedibus equorum vitam eorum consumantes[a]; alii ferro et ictu astarum mortui, vulnerati et semivivi in campo iacebant. Tandem cum vidissent resistere non posse, terga vertentes[b] ad carocium fugati fuerunt. Videntes autem milites qui in secunda sclera aderant, impetum velocissime super eos facientes, ipsos quoque interficientes et capientes, usque ad scleram imperatoris eos persecuti fuerunt. Milites quidem qui erant in sclera imperatoris et omnes alii de exercitu imperatoris, credentes firmiter milites omnes Mediolani ad bellum venisse, insultum omnes super eos facientes, ipsos vulnerantes et de equis prosternentes, usque ad populum illos fugaverunt. Non potuerunt enim videre milites seniores, prudentes et bellicosos, qui in quadam valle privatim in insidiis existebant. Imperator quoque collecta universa militia sua et cum[c] omni exercitu suo ad expugnandum cum populo accessit, insultum maxima vi in eis facientes[d], viam ensibus et verberibus astarum et conculcatione equorum usque ad carocium quandoque aperiebat et faciebat. Populares vero ipsos lanceis et ensibus et lapidibus gravissime percuciebant et vulnerabant et multos morti tradiderunt, nullo modo a carocio discedentes, sed circa eum frequentissime stantes. Milites autem Placentie et Brixie, populum suadentes, contra inimicos quandoque magna vi, equis cum carcaribus tactis, impetum facientes, ipsos percutientes et vulnerantes, in fugam longe a populo eos mittebant. Imperator exercitum militum et totius gentis sue confortando et suadendo, ut viriliter pugnarent, et[c] fortiter ad exprimendum[e] populum instabat et per girum cum militibus et peditibus suis eos gravissime impugnabat, sed eos a carocio nullo modo discedere [facere[f]] poterat. Credebat enim imperator populum et carocium et gentem totam

a) consumentes *P*; consumaverunt *B*; *non dubito, quin Codagn.* consumantes *scripserit ut locis 'N. Archiv' XVI, p.* 262. 274. *allatis, quod scriba codicis B correxerit.* b) usque *add. P.* c) *deest P.* d) *sic P;* faciētites *B.* e) oprimendum *P*; *sed Codagn. ut* expugnare *pro* oppugnare *(cf. paulo superius et p.* 38, *n.* q*), sic* exprimere *pro* opprimere *scribit.* f) *supplevi, deest B (P haec om.).*

Cumque imperator ad castra redisset et dixit: 'Obtinui', alius respondit: 'Imo victus es. Nonne vides, quomodo Mediolanenses te circundederunt?' Remanserat enim cum ducentis solummodo[a] militibus. Et Mediolanenses non potuerant facile descendere ad eum, tum propter naturam loci, tum propter rupes et valles, que impedimentum prestabant, tum propter fortissimam pluviam. Et cum diu ibi stetissent, propter nimium algorem ad castra reversi sunt. Imperator autem cum exercitu suo statim iter arripuit. Quod[b] cum Mediolanenses viderent[c], cogitaverunt 1160.

Codagnelli Libellus tristitiae.

Mediolani in sua virtute et potestate habere. Dum autem sic certarent et populum gravissime oprimerent, imperator ascendens in quodam podio cum Guidone comite de Lomello[1] et marchione de Monte-ferato et cum aliquibus principibus et baronis[d] causa[e] bellum videndi[f], cepit imperator alta voce dicere: 'Victi et *superati sunt Mediolanenses, et omnes habeo in mea potestate et virtute'. *p. 371. Domnus autem Guido de Lomello et marchio de Monteferato dixerunt imperatori: 'Domine, nundum[g] vidistis militiam Mediolani'. Et imperator irato animo dixit contra eos: 'Nonne video ego milites Mediolani disconfictos, mortuos et vulneratos et fugatos et dispersos per villas et campos et nemora et per loca deserta? Et multi iam ad civitatem fugerunt', increpando et vituperando eos, ipsos etiam tamquam suspectos habens. Cumque talia verba dicerent, milites seniores, qui erant in insidiis, asclerati ascenderunt super quandam costam et gradatim et catervatim[h] cum tubis et tympanis et cum aliis signis belli sonantibus et omnibus militibus Placentie et Brixie et cum aliis, qui dispersi erant per campos, collectis ad carocium versus imperatorem perexerunt. Videns[i] autem eos imperator et illi omnes qui cum eo erant, et clamore facto

a) solumodo *A.* b) *emendavi;* Sed *A.* c) viderunt *A.* d) *cf. supra p.* 41, *n.* g. e) *sic P;* eū (*pro* cā) *B.* f) *sic P;* uidendo *B.* g) *sic B. P.* h) et cat. *supplevi ex P, des. B; quod Codagn. scripsisse mihi persuasum est.* i) Videntes *P.*

1) *Vere quidem tunc extitit Guido comes de Lomello, ut constat ex diplomate Friderici I. d. d.* 1164, *Iul.* 25 *(St.* 4022*) dato fratribus Guidoni, Guifredo et Rufino comitibus de Lomello. Sed nemo praeter Codagnellum Guidonem in proelio Carcanensi fuisse, neque omnino hunc in bellis Lombardicis rem egisse ab alterutra parte traditum est. Memorandum est Annalistam Plac. Gibell. ubique Guifredi comitis de Lomello nomen pro Guidone scripsisse.*

1160. eum insidias posuisse et fugam simulasse, et propterea non tam cito persecuti sunt eos. Sed postea paulatim insecuti sunt eos et multos ceperunt et multa spolia habuerunt,
Aug. 10. sequenti quoque die milites Cremone ducentos[a] et Cumanos et Papienses et alios; unde bene recuperaverunt omnes captivos et obsides suos[b], quos imperator alicubi habebat.

Codagnelli Libellus tristitiae.

per expeditionem imperatoris, valde timuerunt et perteriti sunt, discedentes illico a prelio et ad locum ubi erat[c] imperator venientes et se coadunantes; dicentes imperatori comes Guido et marchio de Monte-ferato: 'Domine, domine, modo potestis videre militiam Mediolani, et quod vobis diximus, verum erat, domine. Cogitemus de nobis et de gente nostra, certe victi et superati sumus, et hodie erimus capti et mortui. Nonne videtis, qualiter ad nos veniunt? Isti sunt viri feroces et fortissimi et docti in bello; certe isti superarent fere totam aliam Lonbardiam'. Et imperator dixit: 'Non erunt ausi ad nos venire, non oportet nos fugere; adhuc distamus ab eis per medium miliarium[d]; prius volo videre, quid facturi sunt'. Et dum hec geruntur, milites omnes predicti et populus cum carocio, qui impulsus a populo ita velocissime currebat ut destrarius, et appropinquantes exercitui imperatoris, ingenti clamore facto velocissime impetum in eos fecerunt. Imperator vero et omnes alii de exercitu eius videntes non posse resistere, terga vertentes fugam petierunt; quos Mediolanenses plus decem milibus[e] per villas et campos et nemora insequentes, partim eorum gladio interfecerunt et partim vulneratos quasi semivivos in campo relinquerunt; et ceperunt tantos inter Theothonicos et Papienses et Novarienses et Cumenses, quod omnes presonerios et obsides eorum, quos imperator in Papia et Laude[f] diu incarceratos tenebat, egregie recuperaverunt; et superaverunt[1] eis plus mille quingenti; quos Mediolanum duxerunt et in carceribus recluserunt. Castrum vero Carcani penitus dereliquerunt, quia propter predicta impedimenta habere non potuerunt. Dicitur et fertur et verum est, quod imperator in ipso bello captus et retentus[g] esset, quia quedam planta nucis[h] sic ceperat destra-

a) ducenti *A.* b) *deletum videtur in A.* c) imp. aderat *P*, *quod magis stilo Codagn. convenit.* d) milliare *P.* e) milliariis *P.* f) lauda *P.* g) retemptus *P*; renatus *B.* h) vinee *P.*

1) *I. e. numerus captorum a Mediolanensibus tanto maior erat numero obsidum et captorum antea Mediolanensium.*

Cumque stetissent ibi post bellum plus octo diebus, 1160.
reversi sunt domum et castellum[1] capere non potuerunt. *(Aug. 20).*
Sed infra octo dies postea ortus est ignis ventoso die *(Aug. 25).* in domo Lafranchi Canis de porta Cumana et combusit exinde totam civitatem et portam Romanam usque ad fossatum et medietatem porte Ticinensis, partem de porta Vercellina et omnes domos fere usque ad domorum[a] solum; et eo modo amiserunt victualia. Post paucos dies consules Mediolani posuerunt milites centum in Crema; in Aplano milites et pedites in Mozate iam ante posuerant. Postea archiepiscopus intravit Varixium cum centum militibus; et tenuerunt Arsizate et Indunum et Blandronum[b] et hiemaverunt ibi et multum Seprienses oppresserunt. *p. 371.

*Mense vero Martii ceperunt obsidere Castellionum et 1161. *Mart. (17).*
per totam quadragesimam usque ad diem Veneris sancti[c] *Apr. 14.*

Codagnelli Libellus tristitiae.

rium[d] imperatoris per pedem de retro, quod non poterat 1160.
se movere[2]; sed domnus Guido de Lomello, qui cum eo fugam ceperat, stans in equo suo tulit eum[e] brachiis suis et manibus et posuit eum super alium equum, quem quidam eius armiger ibi habebat; et sic deliberatus, ambo fugere ceperunt.

Cumenses vero, qui evasi erant, ascenderunt in quodam monte; credebant enim ibi posse evadere a manibus Mediolanensium. Videntes autem Mediolanenses ipsos capere non posse sine magno detrimento propter loci asperitatem et fortitudinem, fecerunt colligere paleam et stublam et ligna arida et posuerunt circa[f], mittentes ignem in ipsis. Unde ex igne et calore multi perierunt. Percipientes non posse evadere et timentes ignem et ignis calorem, reddiderunt se Mediolanensibus.

Decimo die mensis Septembris proximo sequentis habi- *Sept. 10.*
tatores Carcani iuraverunt stare preceptis domni archiepi-

a) dom : : solum *A, ubi duae litterae, quas scriba correxit, certe legi nequeunt;* Domonsolum *Murat., quod affero, quia Giulini et Fumagalli frustra quaesierunt, ubinam hic locus situs fuerit, qui nunquam extitit.* b) Blandonum *A.* c) *sic* (sancti *pro* sanctum) *etiam Otto Mor. p.* 630. *eandem rem narrans scribit;* ceperunt *add., sed del. A.* d) destr. — poterat *om. B, ex P suppl.* e) cum *P.* f) eos *add. P.*

1) *Carcani.* 2) *Nota etiam Galv. Flammam haec narrare, Chron. mai. l. l. p.* 675, *ubi tamen non Codagnelli recensionem, sed authenticum textum in reliquis adhibitum esse apparet:* Imperator turpem fatiens fugam, Mediolanensibus eum insequentibus, equus eius viti *(ut P)* pede connexus et aliquo parvo tempore detentus, vix incidit in manibus hostium.

1161. obsiderunt illud, capere non potuerunt; et multa ibi expendiderunt[a], quibus cibaria quesisse debuerant.

Mai. Mense itaque Maio congregavit imperator iterum ex-
*p. 372. ercitum magnum et devastavit *blavas Mediolanensium circa civitatem usque in fossata. Et tunc cepit Adam de Paradino[1] et suspendit eum; et unum de Moris iam ante suspenderat. Eodem quoque mense electi sunt de unaquaque parochia civitatis duo homines et de eisdem tres de unaquaque porta, quorum unus ego fui, qui ceteris preessent, ut eorum arbitrio annona et vinum et merces venderentur et pecunia mutuo daretur; quod in perniciem civitatis versum est.

Aug. 8. Postea quoque octavo[2] die Augusti, cum esset[3] iuxta Melegnanum cum exercitu suo, premisit quosdam milites, et inchoaverunt prelium ad casinum[b] Thome[4] circa vesperas. Egressus est autem populus[c] sine armis, quidam[d] de militibus et peditibus cum armis exierunt; et dum pugnarent ibi in via, imperator cum exercitu suo paulatim[e] prelio

---

Codagnelli Libellus tristitiae.

1160. scopi et comunis Mediolani sine aliqua contradictione et Carcani castrum reddiderunt et dederunt archiepiscopo et
(20) comuni Mediolani[5].

1161. Anno dominice incarnationis MCLXI. mense itaque Madio
Mai. congregavit imperator virorum exercitum magnum et devastavit blavas Mediolanensium circa civitatem usque in fossata[f]; et tunc cepit Adam de Paradino et unum de Moris et suspendit eos. Eodem quoque mense
*p. 372. electi sunt de unaquaque *parochia civitatis duo[g] homines et[g] tres de unaquaque porta eiusdem, arbitrio quorum anona et vinum et merces venderentur et peccunia mutuo[h] daretur; quod in perniciem civitatis versum est.

Postea quoque octavo die[i] Augusti, cum esset — — omnibus aliis restitutis.

a) *sic A.* b) *sic A. P;* cassinum *B.* c) *sic B; deest A.* d) quidam — exierunt *om. B, sed breviata haec habet P.* e) *sic B. P; deest A.* f) *sic P cum A;* fossatum *B.* g) *deest B, suppl. ex P. A.* h) *sic P cum A;* iu illis *B.* i) *suppl. ex P (cum A); deest B.*

1) *De Palatino vel Palatio vocatur in codicibus Ottonis Morenae p.* 631. 2) *Die Aug.* 8. *hoc proelium commissum esse etiam W. de Giesebrecht, 'DKZ.' V, p.* 292 *sq. statuit, licet Otto Mor. p.* 633. *diem Aug.* 7. *indicare videatur, oblitus dicere colloquium hoc die statutum sequenti die fuisse habendum.* 3) *Scil. imperator.* 4) *Otto Mor. l. l.* ad cassinam Guazine de Aliate *imperatorem impetum fecisse dicit,* cassinum Thomadi *alia occasione sub a.* 1158. *commemorat, ib. p.* 605. 5) *Contra expressa verba auctoris Mediolanensis, qui dicit Mediolanenses Carcanum capere non potuisse, Codagn. haec ementitus est. Cf. Otto Mor. l. l. p.* 628, *qui narrat Mediolanenses die Aug.* 20. *infecta re a castro recessisse. Simili modo alter falsarius (Daniel), quem Galv. Flamma secutus est, Chron. mai. l. l. p.* 676, *dicit hoc castrum die Aug.* 23. *a Galvaneo comite fabuloso captum esse.*

appropinquavit et ex transverso[a] misit[b] milites quosdam 1161.
cum vexillo uno; quod[c] cum vidissent Mediolanenses, ceperunt[d] fugere. Et[e] dux Federicus de Rotburc[f], qui tunc vexillum imperatoris portabat, persecutus est eos usque in fossata. Et imperator tunc fuit iuxta Arcum Romanum de equo prostratus. Et tamen multos occiderunt[g] et plus CCC[h] ceperunt; et eos Laude incarceravit. Post paucos
dies iterum[i] congregato exercitu venit devastare blavas *(Aug. 12)*.
Mediolanensium. Et tunc factum fuit maximum prelium
ad portam Cumanam[k], postea per[l] duos dies ad portam *(Aug. 14)*.
Vercellinam. Et tunc necatus[m] est Ambroxius[n] de Bollate[o] in fossato. Eodem quoque tempore venatores imperatoris, qui erant apud Morimondum[p], et quibus a consulibus fiducia data erat, captum cervum imperatori portabant. Et cum fuerunt ante lucem ad pontem Credarium[1], quidam de Mediolanensibus abstulerunt eis et carnem[q] et cetera que habebant nec[r] propter abbatem[2], qui erat cum eis, eos dimiserunt. Consules vero Mediolani[s] carnem[q] reddi non fecerunt, omnibus aliis restitutis.

Sed cum imperator usque in fossata circa civitatem
blavas eorum conculcasset, Laude reversus[t] est[3]. Et ut *(Sept.)*.
de captivis, quos habebat, sex oculos eruerent[u], precepit, videlicet duobus de capitaneis de Malxate, Arnolfo et Ubertino, Walderico[v] Curto, Iordano filio Arialdi Crivelli, Lanzacurte de Rancate. Suzoni de Mizano[w] autem[x] nares

Codagnelli Libellus tristitiae.

Sed imperator usque in fossata circa civitatem blavas eorum con- (21)
culcavit et Laude reversus est. Et tunc de captivis incarceratis, quos habebat Laude, sex illorum unicuique precepit, ut unus oculus erueretur, videlicet duobus de capitaneis de Melzate, Arnulfo et Obertino, Valderico[y] Curto, Iordano Crivello, Lanzaturre de Rancate, Suxoni de Micano. Et sex aliis fecit nares incidere usque in fronte et unum oculum extrahere. Et sex aliis[z] fecit carere utroque oculo; et sic aptati et preparati ad obprobrium

a) appr. extraverso *A*; mittens ex transverso *P*; et ex aduerso *B*. b) *sic B; deest A*. c) *sic A. P;* et *B*. d) *sic A. P;* fug. cep. *B*. e) *deest B. P*. f) Rothburgo *A*; retburt *B*; rotbut *P*. g) ceperunt *del., et superscr.* occiderunt *A*. h) obsiderunt *add., sed del. A*. i) congr. it. *B*. k) *sic A. P;* cumacinam *B*. l) post *B*. m) negatus *A*. n) Ambrosius *A*. o) bolate *B*. p) mirimondum *B*. q) carues *B*. r) nec pr. abb. *om. A*. s) mediolanensium *B*. t) *sic B. P;* versus *A*. u) eruerunt *A*. v) Vuaderico uerto *A*. w) *corr. ex B;* Auzano *A*. x) cui oculos *add., sed* oc. *del. A*. y) obertino uaderico, curto *B*. z) *sic B*.

1) *Fluminis Vettabia; Giulini, 'Mem. di Milano' III, p.* 579. 2) *Morimundi Bertinum seu Bertam; Ughelli, Italia sacra IV, col.* 207. 3) *Primo Papiam mense Sept., inde Laudam venit; Otto et Acerbus Morena p.* 634.

1161. precidit et unum oculum dimisit, ut alios Mediolanum duceret. Interea qui portabant a Placentia vel ab aliqua parte mercatum Mediolanum, si capiebantur, manus dextre amputabantur; et una die XXV amputate fuerunt. Postea
Oct. vero mense Octobrio proximo Bragamaita[a] et Iohannes de Sancto Blatore reddiderunt se imperatori in civitate Laude.

1162. Interea disessio maxima orta est inter cives, videlicet inter patrem et filium et virum et uxorem et inter fratrem et fratrem. Iam enim per plateas rixabantur, dicentes se velle imperatori reddere, tum propter conspirationem, quam quidam de maioribus iam[b] fecerant, ut de civitate egrederentur, tum propter carissimam annonam. Viginti enim denariis[c] sextarius blave et leguminum vendebatur, et sextarius salis XXX soldis vendebatur[1]; libra casei[d] octo denariis emebatur; caro carissima erat. Nam in quarta parte bovis mortui dedi XX soldos[e] et unum.

Data est interea publice potestas Ose et filio eius Alberto et Anselmo de Orto[2], ut de pace loquerentur.

Codagnelli Libellus tristitiae.

1161. et dedecus Mediolanensium, fecit ipsos ducere Mediolanum. Interea qui portabant a Placentia mercatum Mediolanum, si capiebantur, manus eorum dextra amputabatur; et una die viginti quinque manus
Oct. amputate fuerunt Placentie civibus. Postea vero mense Octubri Bragheta Maita et Iohannes de Sancto Blatore reddiderunt se imperatori in civitate Laude.

1162. Interea discensio maxima orta[f] est inter cives, videlicet et inter patrem et filium et virum et uxorem et inter fratrem et fratrem. Iam enim per plateas rixabantur, dicentes se velle reddere imperatori, tum propter conspirationem, quam quidam de maioribus iam fecerant, ut de civitate egredirentur[g], tum propter carissimam annonam. XX denariis sextarius blave, et sextarius salis XXX soldis vendebatur; libra casei octo denariis emebatur; caro carissima erat. Nam in quarta parte bovis dabatur XXI. soldus.

(22) Interea data est publice licentia et potestas comiti de Blandate[3], de quo Mediolanenses confidebant, et Ose et filio eius

a) Pragmaita *A*; Bragamayta *Calchus.* b) *superscr. A.* c) denarios *A.* d) casei — Nam in *ex B. P suppllevi, cum luce clarius appareat hoc loco quaedam excidisse, et quae B. P praebent non talia sint, quae a Codagn. addita esse videantur.* e) soldis *A.* f) *sic P cum A;* i. c. orta est *B.* g) *sic B;* egrederentur *P.*

1) *Vide quae Acerbus Morena p.* 635. *de pretio frumenti et salis tradit.*
2) *Hic et Osa fuerunt hoc anno consules Mediolanenses; apud Acerbum Mor. p.* 636. *legendum est* Ardericus Cassina, Osa *non* Ardericus Cassina Osa.
3) *Guido comes de Blandrate a parte imperatoris, non Mediolanensium stetit. Omnia quae de eo et eius tractatu Codagn. hoc loco narrat, impudenter ementitus est. Quae revera comes hac in re gesserit, vide in epist. Burchardi, Freher, SS. R. Germ. I, p.* 236. *Eum prioris pacis a.* 1158. *factae mediatorem fuisse tradit Rahewin. III,* 45.

. . . .[a] 1162.
Et qui pecuniam ab eo petitam dare non poterat, a mane usque ad sero in luto[b] iacebat, et postea semivivus efferebatur; et multi propterea perierunt. Ventum est denique

---

Codagnelli Libellus tristitiae.

Alberto et Anselmo de Orto, ut de pace cum imperatore loquerentur[c]. Audite et intelligite quoddam crudele[d] et pessimum et nequissimum nefax! Captivi et incarcerati de civitate Mediolani, qui detinebantur ab imperatore, vinctis manibus et in conpedibus, cum ningebat et fortiter pluebat, ponebantur in plateis, in quibus erat *lutum magnum et aqua; *p. 373. et hoc imperator faciebat, ut ab eis posset peccuniam extorquere. Et qui peccuniam[e] ab a l i q u o petitam dare non poterat, a mane usque ad v e s p e r a s in luto e t p e s c i n a iacebat, et hoc, cum erat intollerabile frigus et gelu; postea s e c u n d o[f] q u a s i semivivi i n d e e x t r a h e b a n t u r[g]; et multi e x illis o b id perierunt. Qui comes de Blandate et socii in hunc modum de pace conponenda cum imperatore tractavere: videlicet quod imperator debebat dimittere civitatem et fortitudines civitatis in suo statu, iura quidem et possessiones civibus Mediolani et districtus quiete relinquere[1].

Cumque[2] hoc tractaretur, et imperator vellet ad finem (23) perducere, credens firmiter civitatem nullo modo habere posse, quidam vir nequissimus, ipsius civitatis consul[3], Iordanus Scacabarocius nomine, proditor, traditor nefandissimus et sceleratissimus omnium, clam et private[h] scilenti nocte ad loquendum cum imperatore perexit, pro-

a) *multa excidisse hoc loco patet, quae ex B suppleri nequeunt. Nam quae sequuntur in B stilo Codagnelliano scripta esse evidentissime apparet, ut statuendum sit quae sequebantur a Codagnello assumpta, sed in maius elata verbisque exasperata esse.* b) lecto *A.* c) *sic P cum A;* loqueretur *B.* d) crude *B.* e) extorquere *iterum add. B.* f) *sic* (scd'o) *B, quod corruptum videtur.* g) extrabantur *B.* h) priuatim *P.*

1) *Eadem fere in priore pace a.* 1158. *statuta esse Codagn. scripsit supra p.* 33. 2) *Quae sequuntur omnia procul dubio a Codagnello conficta sunt, omnia enim stilo eius scripta eiusque dictis consuetis referta sunt, extrema parte huius narrationis ex Gestis quidem sumpta, sed aucta et depravata a Codagnello.* 3) *Minime consul fuit Iordanus. Ex eo quod auctor Mediol. infra p.* 58. *eum proditorem dicit, Codagn. hanc fabulam ineptam commentus esse videtur. Certe hoc loco nihil de Iordano proditore ab auctore Mediolanensi traditum erat, cum nec Tristanus Calchus quidquam hac de re scripserit. Similem fabulam Galv. Flamma, 'Misc. di storia Italiana' VII, p.* 649 *sq.* 680 *sqq. ex Danielis Hist. comitum de Inglexio, opere falsarii (vide excerpta ibidem in notis edita), narrat. Ibi inter proditores Andreas Scachabarotius nominatur; cf. W. de Giesebrecht in 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXI, p.* 330.

1162. post multas contentiones, multis et minantibus dare mortem consulibus et aliis, qui se reddere nolebant[a], et asseverantibus imperatorem[b] civitatem in suo statu dimittere et possessiones omnibus civibus relinquere velle — et verum est, quod hanc concordiam facere poterant —, ut se Deo et imperatori redderent, misericordiam ab eo sperantes, quam omnes principes firmiter promittebant. . . . .[c]
(Mart. 1). Reddiderunt se et civitatem in civitate Laude[d]. Et infra

Codagnelli Libellus tristitiae.

mittendo ei dare civitatem Mediolani sine aliqua contradictione cum omnibus hominibus et rebus que erant in civitate; unde imperator gavisus fuit gaudio magno, promittendo et pactum cum eo faciendo dandi ei loca, castella, villas et peccuniam infinitam. Quo facto imperatori dixit, quod non habebant victualia usque ad decem dies, et quod non durabunt, quod non reddant se saltim ad undecim[e] dies; et imperatori porrexit libellum, in quo scriptum[f] erat omnia victualia et nomina civium. Affectabat enim super aliis rebus civitatem Mediolani a solio[f] destruere et delere[g]. Interim venientes ante suam presentiam comes de Blandate et socii, dicentes pacem et concordiam statutam ad finem perducere velle, imperator dixit eis, ut cito recedere deberent; et si moram aliquam ibi facerent, quod faceret eos suspendi. 'Sed si volunt se[h] reddere sine aliqua conditione in mea virtute, recipiam eos'. Unde comites et marchiones et baroni[i] et archiepiscopi et episcopi et abbates dederunt conscilium eis, ut deberent se reddere in potestate imperatoris, promittentes, quod nullo modo sustinerent imperatorem civitatem destruere nec aliquod dampnum seu gravamen civibus in rebus et personis eorum inferre, et ut misericordiam ab imperatore expectarent, quam omnes principes eis promiserunt; sed falso consciliati fuerunt. Reversi sunt namque predicti inquisitores pacis in civitatem dolentes, gementes et flentes, omnia per ordinem aperientes. Verum quia victualia eis deficiebant, et amplius nullo modo sufferre poterant, habito conscilio et suasu principum tam clericorum quam laycorum curie imperatoris, statuerunt et proposuerunt reddere se et civitatem domno imperatori, sperantes et firmiter credentes misericordiam ab eo fore consecuturos.

a) volebant *A, corr. Murat.* b) imperatore *A.* c) *iterum quaedam excidisse patet, sed nulla lacuna in A.* d) ut *add., sed del. A.* e) quindecim *P.* f) *sic B. P.* g) et del. *om. B, suppl. ex P.* h) *deest B, suppl. ex P.* i) *cf. supra p.* 41, *n.* g.

octo dies postea miserunt quingentos milites et totidem 1162. (Mart. 4. 6).
pedites cum carocero et vexillis et aliis signis equestribus et[a] pedestribus cum tubis ad imperatorem ad Montem Gezonis, ut omne decus et omnem honorem in eum conferrent. Idem[b] autem milites, carocerum et omnia signa et tubas retinuit; pedites remisit et milites misit Papiam, ut ibi custodirentur. Postea precepit, ut civitas evacuaretur, et octo dierum spatium attribuit. Septima itaque
die Kal. Aprilis exierunt de civitate cum rebus suis et de- Mart. 26.
relinquerunt eam. Obertus archiepiscopus die dominico de Mart. 18.
ceco, XV. Kal. Aprilis cum Millone[c] archipresbitero *et *p. 374.
Galdino archidiacono et Alghisio[d] cimiliarcha et aliis quibusdam recesserant et abierant Genuam, ubi erat apostolicus Alexander. Et quis esset, qui posset lacrimas retinere, qui videret[e] planctum et luctum atque merorem marium et mulierum et maxime infirmorum et feminarum de partu et puerorum egredientium et proprios lares relinquentium?

Codagnelli Libellus tristitiae.

Anno dominice incarnationis MCLXII. primo die (24) Mart. 1.
mensis Martii[1] reddiderunt se et civitatem imperatori in civitate Laude. Et postea usque ad octo dies miserunt ei quingentos milites et totidem pedites de maioribus et melioribus Mediolani cum carocio et vexillis et aliis signis et cum tubis ad imperatorem Laude, ut omne decus et omnem honorem imperatori conferrent. Ipse autem tamquam vir nequam et perfidus et crudelis milites et carocium et omnia signa et tubas retinuit; quos milites misit Papiam, ut ibi diligenter in carceribus custodirentur. Nullum conscilium nec aliquod iuvamen habuerunt ab aliquo principe curie imperatoris. Post hoc precepit, ut civitas usque ad octo dies evacuaretur. Septima vero die ante Kal. Aprilis exierunt de civitate cum rebus Mart. 26.
suis, quas de civitate trahere potuerunt, et derelinquerunt civitatem. Et tunc archiepiscopus Mediolani et Galdinus archidiaconus et Alghisius *cimiliarcha et multi alii clerici de civitate ive- *p. 374.
rant Ianuam, ubi erat apostolicus Alexander. Et quis est, qui posset lacrimas retinere, qui videret planctum et luctum et merorem puerorum, virorum et mulierum et maxime infirmorum et feminarum de partu de civitate egredientium et proprios lares relinquentium[f]? Fuit enim dies illa dies calamitatis et miserie, dies tristitie et meroris; dies illa contulit gaudium et letitiam imperatori, Papiensibus, Novariensibus, Laudensibus et Cumaxinis, Sepriensi-

a) *deest A.* b) conferent. Item *A*; *corr. Murat.* c) millione *A.* d) Alchisio *h. l. A*; *cf. p.* 42. e) viderent *A.* f) delinq. *B.*

1) *Hunc diem ex loco Gestorum Fed. qui periit sumptum esse apparet, cum et Ann. Mediol. min.* (*infra p.* 69) *eundem habeant.*

1162. Egressi itaque castramentati sunt: porta[a] Ticinensis intra[b] monasterium sancti Vincentii et circa[c], porta Romana apud Sanctum Celsum, porta Horientalis et porta Nova ad Sanctum Dionisium, porta Cumana[d] ad Sanctum Simplicianum, porta Vercellina ad Sanctum Victorem ad Corpus. Postea vero imperator congregatis Cremonensibus, Laudensibus, Papiensibus, Novariensibus[e], Cumanis, Sepriensibus[f] et Martexanis et multis aliis venit Mediolanum. Primo[g] succendit universas domos, postea destruxit et domos et turres et murum civitatis; et[h] plurima[i] subversa sunt, altaria omnia violata sunt, sanctorum multorum reliquie
Apr. 1. exportate sunt. Et steterunt ibi usque in ramis olivarum, qui[k] erat in Kal. Aprilis; et in ecclesia sancti Ambroxii[l] olivas accepit[1]. Et propter destructionem Mediolani predicti omnes dederunt imperatori[m] copiosam et inmensam peccuniam. Et eo anno tribus vicibus[n] venerunt destruere civitatem et[n] explanare fossata; et tota Lonbardia[o] fere laboravit ad explananda fossata.

Maii 1. Postea vero circa Kal. Madii datus est eis Henricus Leodiensis[p] episcopus, ut eis preesset et ut quatuor loca ad[q] habitandum eis designaret. Designavit ergo[r] porte Romane[s] inter casinam[t] Plasmundi[u] et Noxedam[v], porte Ticinensi[w] ibi prope in territorio de Vegiantino[x], porte Orientali[y] et porte Nove[z] ad Lambrate, porte Cumane ad Carrariam[a], porte Vercelline[b] ad Sanctum Sirum ad Vepram[c].
Maii 2. Et sic[d] ceperunt hedificare burgos secundo[e] die mensis Madii.

Aug. Postea mense Augusti proximo episcopus recessit et dedit Petrum de Cumino[f], ut Mediolanensibus preesset.

Codagnelli Libellus tristitiae.

bus[g] et Martexanis, tristitiam vero pariter et dolorem Mediolanensibus. Egressi itaque de civitate castramentati sunt — — remiserat in solidum exigit.

a) porte *A.* b) inter *A*; intus *B. P.* c) *sic B;* Vinc. cerca *A.* d) cumacina *B.* e) et *add. B.* f) *sic A. P;* crispensibus *B.* g) *sic A. P;* et pr. *B.* h) *deest B. P.* i) *sic B* (plurimum *P*); pulpcera (?) *A*; pulpura *Calchus ex cod. Rauliano.* k) *sic A. B.* l) ambrosii *A semper.* m) presso (?) *add., sed del. A.* n) *sic B. P; deest A.* o) fere lonb. *B.* p) leodiensus *B.* q) eis ad hab. *B. P.* r) enim *B*; autem *P.* s) *sic P;* porta Romana *A*; portam romanam *B.* t) *sic B. P;* cauinam (?) *vel* cacsinam *A.* u) *sic B. P;* Plasmondi *A.* v) *sic B (infra p.* 58. *etiam A);* noxcendam *h. l. A;* plasm. nocendam *P.* w) *sic P;* porta Ticinensis *A*; portam ticinensem *B.* x) *sic B;* Vigentino *corr.* Vigiautino *A*; uegiatino *P.* y) *sic P;* porte orientalis *A*; portam horientalem *B.* z) *sic A. P;* portam novam lābrate. portam cumanam *B.* a) carcariam *P*; carreram *B.* b) *sic A. P;* et portam uercellinam *B.* c) uedram *corr.* uepram *A, et sic Galv. Flamma et Calchus;* ucuram *B*; uesperas *P.* d) se *add. B.* e) *sic B. P;* secunda *A.* f) *sic B (infra P);* Cunin *A*; Cuuin *Calchus semper;* Cimino *Galv. Fl., Chron. mai. p.* 699. g) crispensibus *B.*

1) *Scil. imperator.*

Imperator vero[a], cum precepisset de obsidibus[b] Mediolani, 1162.
qui erant Papie, centum solummodo retineri et singulis
mensibus permutari, recessit[c] et abiit[d] ad Soram[e] et fuit
ibi in festo sancti Iohannis decollati[f], ut ibi colloquium *Aug.* 29.
cum rege Francie[1] et apostolico Alexandro et Octaviano
de eorum electione haberet[g]. Sed Alexander non adfuit[h],
imperatoris collusionem, quam presenserat, timens. Et sic
imperator et rex discordes discesserunt[i]; et inde imperator
abiit in Alamaniam.

Predictus vero Petrus de Cumino[k] innumerabiles
modos opressionis invenit et miris modis peccuniam extor-
quere cepit; nam[l] obsides permutari, peccuniam a debitore
exigi non nisi[m] peccunia[n] data permittebat, privatim a
rusticis et a civibus peccuniam extorquebat, morienti sine
filio succedebat, et ea estate milium et vinum a militibus
et rusticis[o] pro arbitrio suo[p] accepit et multam peccuniam
a rusticis occasione porcorum circa sanctum Martinum ex- *Nov.* 11.
torsit[q]. Item occasione trabium[r] ad palacium[2] Modoetie
et[s] agnellorum in[t] pascha infinitam peccuniam exegit. Se- 1163.
quenti vero estate tulit[u] omnibus Mediolanensibus ex con- *Mart.* 24.
stitutione imperatoris, qui erant de iurisdictione Leodiensis[v]
episcopi, id[w] est a Busti Carulfi et a Legniano[x] et Seviso[y]
infra, duas partes tertii et ficti et quartam partem fructuum
proprio vomere[z] quesitorum, castanearum et nucum et feni
tertiam partem. Henricus vero Suevus[a], qui ex precepto
imperatoris in Monte Gezonis[b] morabatur, omnes fructus
terrarum[c] Mediolanensium, quas[d] habebant in episcopatu
Laudensi, colligebat. Marquardus[e] de Crumbac[f], qui Tri-
cium[g] morabatur[h], usque[i] ad Morgoram idem faciebat.
Comes Gozonus[k] in Seprio et Martexana[l] secundum pre-
dictum modum colligebat et peccunias[m] creditas Sepriensi-
bus[n] et *Martexanis exigi prohibebat et multos[o] Mediola- *p. 375.
nensium[p] instrumenta reddere et debito[q] finem facere

a) *deest B. P.* b) papio *add., sed del. A.* c) et rec. *A.* d) habuit *A.* e) *sic A;* horam *P;* ab. adoram *B.* f) decolacii *B;* decollacii *P.* g) *sic A. P;* haberent *B.* h) non *iterum add. B.* i) dissccess. *B.* k) *sic P;* cunin *A;* cui⁹(us) *B.* l) cum iam *B.* m) in *A.* n) pecuniam *A.* o) rusticibus et mil. *B.* p) suo — Martinum *om. B.* q) extorgisset *A.* r) tributi a pallatino Mod. *A.* s) *deest A.* t) agnelorum ad *B.* u) *sic B. P* (tullit); iussit *A.* v) leodensis *B.* w) ad ē. abusti *B.* x) *sic P;* Legnano *A;* logniano *B.* y) scuio *B.* z) fr. promovere *A.* a) *sic Calchus;* Sueccius *vel* Sueuius *A;* sueni *B;* sueui *P.* b) *sic P;* Ghezonis *h. l. A;* montem geconis *B.* c) *deest B. P.* d) quos *B. P.* e) Marquarde *A;* Marquara *B. P.* f) crunibat *A;* crubat *B; cf. infra p.* 58, *n.* r. g) *sic A. P;* ttium (tertium) *B.* h) tenebat *B. P.* i) *sic A. P;* ad Morg. usque *B.* k) cozonus *B;* gezonus *P.* l) Martesan. *A semper;* martexano *P h. l.* m) pecuniam *A.* n) crespensibus *B.* o) multa *A.* p) et *add. B.* q) debitos *B.*

1) *Ludowico VII.* 2) *Quod aestate a.* 1163. *aedificari coeptum est; infra p.* 56.

1163. captos coegit. Magister[a] Paganus[b, 1], qui habitabat in Baradello, per totum episcopatum Cumanorum omnes possessiones Mediolanensium possidebat et habebat. Advocatus[c] quoque Hostensis[d] Lunartii[e] et omnes possessiones capitaneorum de Mandello, quas habebant in partibus[f] Sepriensium, tenebat. Et ea estate hedificata est turris que dicta est[g] Triumphalis in burgo Noceti[h], et boves rusticorum iurisdictionis episcopi Leodiensis[i] traxerunt omnes lapides et sabulum a civitate[2]. Eadem quoque estate Modoetie palacium ceptum fuit, et boves undecim[k] plebium terre Mediolani lapides a civitate ibi bis in mense vehebant[l]. Item tunc palacium ad Vegiantinum[m] et castellum de Landriano hedificabatur, et boves Mediolanensium similiter a civitate ibi vehere cogebantur. Postea
Sept. 1. vero circa Kal. Septembris venit Federicus clericus, magister scolarum dictus, missus[n] ab episcopo Leodiensi Mediolanum, omnem potestatem Petro de Cumino[o] abstulit, quoniam audierat[p] episcopus, quod Petrus ille male[q] Mediolanenses tractaverat. Sed iste Federicus avarior[r] et tenacior Petro fuit. Nam totum, quod Petrus de quarto[s] et ficto tercio[t] alicui remiserat, in solidum exegit[u].

Oct. Imperator vero mense Octobrio proximo tertio[3] Lonbardiam intravit et venit Laude, deinde abiit Papiam.
Nov. 24. Octavo itaque Kal. Decembris, congregatis omnibus Papiensibus, precepit eis, ut civitatem[v] Terdone[w] pro arbitrio suo destruerent; quod quidem sine mora fecerunt[x], proinde imperatori peccuniam[y] copiosam dederunt. Postea abiit[z]
Dec. 3. Modoetiam. Et cum transiret iuxta Vegiantinum[a] tertio die Decembris, mares[b] et mulieres illius burgi Noceti[c]

Codagnelli Libellus tristitiae.

(25) *Oct.* Imperator vero mense Octubri[d] proximo tertio Lonbardiam intravit et venit Laude, deinde abiit Papiam. Octavo itaque Kal. Decembris

Anno dominice incarnationis MCLXIII. congregatis itaque omnibus Papiensibus — — solverent; et solverunt.

a) *sic A. P;* Martinus *B.* b) baradellus *del., et superscr.* paganus *A.* c) Aducatus *A.* d) hostiensis *A*; Ostiensis *Calchus.* e) *sic* lunatii *B, quod nescio an corruptum sit. Ubi situm sit, ignoro;* liurin *A.* f) partes *A.* g) fuit *B. P.* h) nocenti *A, ubi in marg.* Turris Nocete; nocedi *B*; nuceti *P.* i) laudensis *B.* k) undecimarum *B.* l) vehebantur *A.* m) Vigiantinum *A.* n) est *add. A.* o) Cunin *A.* p) audiebat *B.* q) malle *A.* r) et av. et tenatior *B.* s) quattro *A.* t) f. et abcui *B.* u) exigit *B.* v) *sic A. P;* eis in ciuitate *B.* w) *sic B. P;* Derthonae *A.* x) facerent et pr. *B.* y) cop. peccun. *B.* z) Mod. ab. *B.* a) Veglentinum *A.* b) homines et milites ill. *B.* c) nocti *A.* d) octubris *P.*

1) *De quo vide Acerb. Mor. et Cont. Laud. p.* 639. 643; *Giulini, 'Mem. di Milano' III, p.* 645. 2) *Scil. Mediolani diruta.* 3) *I. e. tertia vice, non Oct. 3, ut Pertz interpretatus est.*

fuerunt ei obviam in via[a], et cum bene plueret[b], prostra- 1163.
verunt se in luto[c] misericordiam postulantes. Et ipse
discessit[d] relicto canzellario[e] ibi, qui dixit, ut pauci ex eis
sequenti die Modoetie essent, et[f] fuerunt in festo[g] beati *Dec.* 4.
Ambroxii. Precepit[1], ut obsides Mediolanensium, quos ad- *Dec.* 7.
huc habebat, redderentur. Petrus quoque Dossus[h] ligno-
rum[i] plaustra mille ad palatium congregaverat et ibi coqui-
nam fieri fecerat occasione[k] adventus imperatoris; expense[l]
cuius fuerunt librarum[m] centum imperialium. Redditis
itaque obsidibus recessit imperator et dimisit Modoetie
canzellarium et comitem de Blandrate[n], dicens[f]: 'Isti duo,
quid de re[o] Mediolanensium fieri debeat[p], ordinabunt'.
Misit itaque canzellarius[q] ad burgos[r], ut duodecim[s] de
unoquoque burgo irent ad eum. At illi gratanter possessio-
num suarum misericordiam expectantes processerunt. Cum-
que plorantes ante eum stetissent, dixit eis, ut, quid[t]
imperatori offerre vellent sponte, dicerent. Illi autem
paupertatem[u] et miserias suas flebiliter exponentes, nichil
se offerre[v] omnino posse rationabiliter excusaverunt. Tunc
ille indignatus[w] cum interminatione precepit eis sub iura-
mento, quo eos astrinxerat[x], ut octingentas octuaginta[y]
libras imperialium octavo die[z] ante festum sancte Marie 1164. *Ian.* 26.
de Februario solverent; et solverunt.

Eadem yeme, die Veneris, XVII. die Ianuarii[a] cepta est[b] *Ian.* 17.
hedificari civitas imperialis apud Sanctum Columbanum[c].
Eadem quoque yeme Veronenses cum omnibus de marcha (27)
illa iuraverunt cum Veneticis[d] et facti sunt imperatori[e]
rebelles. Imperator vero mense Iunio proximo congregato *Iun.*
exercitu ad partes illas Longobardorum[f] perexit, sed cum
obprobrio rediit. Eodem etiam mense[g], sexto die mensis *Iun.* 6.
luna passa est eclipsim[h], cum esset duodecima[i], et visa est

Codagnelli Libellus tristitiae.

Eadem yeme MCLXIIII. die Veneris — — quod bene fuit (26)
solutum.

a) in via *des.* *B.* b) et bene pluebat *B.* c) lutum *B.* d) recessit *B.* e) ibi canz. *B.* f) *deest* *B.* g) fuerunt a m o r e b. Ambr. prec. *B.* h) Dessus *A.* i) *bis scr.* *A.* k) occaxione *B.* l) cuius exp. *B.* m) libre *B.* n) blandate *B.* o) quid dare *A*; de rebus *B.* p) debeant *A.* q) cancellariū *A.* r) burgum *A.* s) cum *add., sed del.* *A.* t) ꝗ (quod) *B.* u) paupertates *A.* v) omn. off. *B.* w) indignans *A.* x) abstrinxerat *B.* y) et octoaginta *B.* z) *deest* *A.* a) *sic B. P (Ann. Med. min.) (quod rectum est, cum Ian.* 17, *non Mart.* 17. *a.* 1164. *fuerit Veneris dies);* mensis Martii *A.* b) obsideri *add., sed del.* *A.* c) Colomb. *A.* d) *sic B. P;* uenetibus *A.* e) *sic A. P;* imperii *B.* f) uenit *add., sed del.* *A.* g) die *del., et superscr.* mense *A.* h) edi sui *B.* i) XII. *B.*

1) *Scil. imperator.*

1164. Iun. 7. rubea; et eo anno fuit bisestus[a]. Sequenti die sacramenta tributaria per terram Mediolani[b], quam tenebat Leodiensis episcopus, inchoata sunt, id est ut unusquisque in anno solveret pro manso soldos[c] tres imperialium, pro iugo bovum imperiales XXII[d], pro foculari[e] denarios XII[f].
Iun. 11. Undecimo[g] vero die eiusdem mensis Raynaldus[h] canzellarius ac[i] Coloniensis[k] archiepiscopus tulit corpora sanctorum martyrum Naboris atque Felicis et sancti confessoris ...*, prout dicebatur, et tria alia corpora, que erant condita in archa, que erat[l] in ecclesia beati Eustorgii, et que dicebantur[m] esse Magorum trium, et exportavit Coloniam[n].
*p. 376. Aug. *Mense Augusto[1] proximo mortuus est episcopus Leodiensis[o] Papie, et datus[p] Marquardus[q] de Crumbac[r] ab imperatore Mediolanensibus, ut[s] eis preesset[t]; qui circa[u]
Sept. Oct. duos menses proximos venit Noxedam ad palatium, et burgenses omnes venerunt[v] et obtulerunt ei[w] argenteam[x] obbam, pretium cuius erat librarum XIIII imperialium; et adeo fuit ei[y] gratum, acsi dedissent[z] ei omnia[w]. Sed omnes suo precepto stare[a] iurare fecit et preposuit eis abbatem Sancti Petri Celi[b]-aurei et Henricum[c] de Erbesiis[d] et Iordanum[e] Scacabarozium[f] proditorem et Anselmum de Orto et Aliprandum iudicem, qui eiusdem[g] anni tributum[h] exigerunt[i] et colligerunt[k], et addiderunt, ut terrarum, que fuerant[l] laborate a viginti annis infra, et pratorum sectorum et nemorum incisorum tributum solverent[m]; et librum[n], qui intitulatur Tristium[o] sive doloris,

*) Martini[2] *B, in cod. A nullo spatio vacuo relicto.*

a) *sic A;* bixestus *B.* b) *sic A. P;* mediolanensium *B.* c) tr. s. *B. P.* d) XII imp. *B.* e) focolari *A.* f) XII den *B.* g) Decimo *A.* h) ridaldus *B.* — cancellerius *A.* i) *deest B. P.* k) collon. *A. P;* celoniensis *B.* l) est *B.* m) dicebatur *B.* n) Colloniam *A.* o) Leod. ep. *B.* p) est *add. B.* q) marquarius *B.* r) Carumbac *A;* curribat *B; cf. supra p.* 55, *n.* f. s) et ut *B.* t) preessent *B.* u) incirca *B.* v) ven. et *des. B.* w) *deest A.* x) obb. arg. *B.* y) *deest B.* z) dedisset *A.* a) sua precepta iur. *B.* b) celsi *B.* c) Hericum *A;* enricum *B.* d) erbesis *B;* Arbeliis *A;* Herbesiis *et* Herbisiis *Galv. Flamma;* Arbeliam *Calchus.* e) Arb. Nordanum *A. Calchus;* erb. et iordanem *B.* f) scacabarocium *B;* prod. et Scac. *A, quae lectio authentica esse nequit, cum infra quinque fuisse praepositos Mediolanensibus legatur, sex autem essent, si haec lectio reciperetur; Galv. Flamma, Chron. mai. p.* 703. *et Manip. florum c.* 192. *habet* Iordanus de Scachabaroziis, *Calchus etiam* Nordanum Scacabarotium *unum habet.* g) eius *B.* h) *deest B.* i) exegerunt *A.* k) *sic A. B.* l) fuerunt *B.* m) solueret *B.* n) librarum que int. *B.* o) testium sine dol. *B.*

1) *Potius Sept.* 4 *(II. Non. Sept.) teste necrologio Leodiensi. (Aegid. Aureaevall., SS. XXV, p.* 107, *male* II. Non. Oct.*); cf. ib. n.* 2. 2) *Hoc nomen a Codagnello e coniectura scriptum fuisse puto, cum nemo nec quisquam eorum qui hos annales exscripserunt huius Martini mentionem fecerit. Quinque sanctorum nomina praeter hoc loco commemoratos referuntur ab Aegidio Aureaevall., SS. XXV, p.* 107, *neque tamen Martini. Iam in archetypo Gestorum nomen non scriptum fuisse videtur, spatio vacuo relicto.*

fieri fecerunt, in quo scripta erant omnia mansa et focu- 1164.
laria[a] et iuga bovum Mediolanensium.

Imperator vero[b] mense Novembrio[c, 1] proximo ivit *Nov.*
ultra montes et Marquardum[d] omnibus Longobardis preposuit, qui omnibus Mediolanensibus[b], tam[e] civibus quam quibusdam[b] rusticis, venationem inturbavit[f], id est ut nemo venaretur[g] cum cane aut rete[h] neque pedicam[i] vel[k] laceolos[l] poneret neque fossam faceret[m]. Et predicti quinque iemaverunt[n] ibi ad palatium expensis imperatoris cum
equis et clientibus[o] multis usque ad pascha et colligerunt[p] 1165. *Apr.* 4.
medietatem decime omnium terrarum et totam ovium[q]
decimam. Preterea porcos pretio soldorum[r] sex quingen- 1164.
tos[s] et lignorum plaustra mille[t] ac fenum[u] et pullos et ova inmoderate congregaverunt; et cum[v] ligna defecerunt, iterum[w] coegerunt rusticos aut[x] plaustrum lignorum pro[b] iugo aut imperiales XII[y] dare; et multam propterea peccuniam extorserunt, quia[z] tunc nix maxima erat, que[a]
cepit ningere decimo die mensis Decembris[b] et operuit *Dec.* 10.
faciem terre et stetit per totum Ianuarium et Februarium. 1165. *Ian. Febr.*
Ultimo autem die mensis Februarii iterum cecidit nix[c], *Febr.* 28.
cum duodecies cecidisset, cuius altitudo fuit unius spanne[d].
Et ante medium Martium nemo usquam[e] arare potuit, et *Mart.* (15).
inmoderate segetes[f] corrupit[g], maxime in episcopatu Papie. Frumenta vero non sunt adeo corrupta[h]; marciaticum[i] tamen bonum fuit.

Mense autem Iulio proximo MCLXV. Marquardus[k] *Iul.*
precepit[f], ut duodecim homines de unoquoque burgo irent Modoetie[l] ad eum, et precepit illis, ut burgenses[m] usque ad decem[n] octo dies quadringentas[o] libras imperialium solverent; quod factum est[p]. Item qui propter paupertatem tributum solvere non potuerunt, duplum postea solverunt, aut possessiones eorum[a] publicate sunt[q]. Rusticorum vero impressio talis erat: Feni plaustra[r] mille et lignorum totidem annualiter dabant[s], frumentum et siliginem et[f]

a) foculari *A.* b) *deest B.* c) novembri *B.* d) marguardanibus longobardus prep. *B.* e) Mediolanensibus *add., sed del. A.* f) interdixit *B.* g) veneretur *B.* h) *deest A; cf. Galv. Fl., Chron. mai. p.* 699. i) pedaicam *A.* k) aut *B.* l) lanceollos *A.* m) facere *A.* n) hiemarunt *A*; remanerunt *B.* o) crientibus *B.* p) collegerunt *A*; *cf. p.* 58, *n.* k. q) dec. ciuium. Pretā *B.* r) solidorum *B h. l.* s) quingintos *B.* t) ac mille *add. B.* u) senum *A.* v) ea *A.* w) iterūt *B.* x) ut *A.* y) XII imp. *B.* z) quę *A.* a) *deest A.* b) nouembris *corr.* decembris *A.* c) nix cec. et cum *B.* d) spanae *A.* e) usq3(ue) *B.* f) *deest B.* g) corumpsit *B.* h) cornpta *B.* i) martiatum *B.* k) marquard *B.* l) Modoetiam *A.* m) burgensis *A.* n) octo dies decem q. *B.* o) quadraginta *B.* p) fuit *B.* q) fuerunt *B.* r) feni malignorum tot. pl. ann. *B.* s) dabatur *A.*

1) *Iam mense Oct. imperator rediit.*

1165. porcos ut supra, vinum[a], agnos, pullos et ova; trabes[b], assides[c] ad domos hedificandas, sudes et vimina ad sepes faciendas, circulos ad vegetes stringendas et omnia[d] alia que necessaria erant ministrabant[e], carrigia[f] infinita, trabes[g] quamplures ad quorumdam Papiensium domos hedificandas dare ac lapides a civitate Papiam vehere cogebantur.

1166. *Mai.* Post hec vero Marquardus[h] reversus anno dominice incarnationis MCLXVI. obiit[1] mense Madio. Post[i] datus est eis in potestatem[k] comes Henricus[l] de Disce, qui mense *Iul.* Iulio proximo imposuit eis fodrum, burgensibus scilicet et his qui in circuitu burgorum erant mille libras[m] imperialium et quingentas[n] plus; quod bene fuit solutum.

Nov. Mense vero Novembrio quarto imperator Longobardiam intravit et venit iuxta Brixiam et devastavit castella et villas usque in fossata, et sexaginta obsides de maioribus[o] et melioribus Brixiensium Papiam misit. Pergamensium quoque episcopatum usque ad montem devastavit.
1167. *Febr.* Inde[p] vero transiens MCLXVII. mense Februario[q] ivit Bononiam et usque ad civitatem eam undique[r] devastavit, et centum obsides eis abstulit et sex milia Lucensium[s] libras. Eodem mense nix cecidit magna, altitudo cuius[t] fuit iuxta
Mart. brachia duo. Mense Martio proximo centum obsides de[u] Mediolanensibus[v], videlicet L de burgensibus et L de foren-
Mart. 23. sibus, comes[u] Henricus de Disce[w] X. Kal. Aprilis Papiam
**p. 377.* misit. Eodem *item[r] mense a quibusdam burgensibus, quos elegit, quingentas libras imperialium et plus petiit[x]; sed eas[y]

Codagnelli Libellus tristitiae.

Mense vero Novembrio quarta vice imperator venit in Lonbardiam et venit iuxta Brixiam — — venit quinto die Septembris.

a) necdum *B.* b) et tr. *A.* c) asses *B.* d) alia omnia *B.* e) erant. ministr. *distinctum in A* (Min.). *B.* f) ei regia *B.* g) et tr. pl. *B.* h) marguard *B.* i) postea *B.* k) potestate *B.* l) Anricus *A.* m) librarum *B.* n) quingintas *h. l. A.* o) mel. et mai. *B.* p) Idem *A*; Et inde tr. *B (P).* q) *sic A. P;* februarii *B.* r) *deest B.* s) libr. Bononiensium *B. P.* t) eius *A.* u) *deest A.* v) melioribus *B.* w) henr. dedisse *B.* x) petit *A.* y) eos *A.*

1) *P. Scheffer-Boichorst in 'Mittheil. d. Inst. f. Österr. Gesch.' XI, p.* 637, *n.* 2. *coniecit hoc loco legendum esse* abiit *pro* obiit, *cum Marquardus multo postea superstes fuerit. Hoc vero omnino reiciendum est, codices enim consentiunt, etiam Galv. Flamma, Manip. florum c.* 192, *Muratori, SS. XI, col.* 644. *hoc loco nisus scripsit:* Mortuo Marchualdo Henricus comes de Disco vicarius efficitur, *et Calchus p.* 229: Marchoaldus moritur. *Conicio igitur illum Marquardum de Crumbach, quem K. W. Hug, 'Die Kinder Friedrich Barbarossas' (Würzburg* 1890*) p.* 58. *a.* 1170. *vixisse docuit, huius filium vel cognatum fuisse.*

caliditate quorumdam habere non potuit. Post hec[a] vero, 1167.
cum iam audissent[b], quod illi de marchia cum quibusdam[c]
civitatibus Longobardie[d] iurassent, ducentos obsides de
burgensibus tulit et eos Papie incarceravit. Item paulo
post centum de[e] militibus petivit, qui si altera die dati
non fuissent, burgos se destructurum adiutorio Papiensium
et Sepriensium dixit. Sed divina opitulante misericordia
quadam industria et sagacitate burgensium maxime tamdiu
verbis inretitus est, quod Deus[f] adiutorium suum dedit.
Interea Papienses conscilio habito Modoetie ad quosdam (28)
de burgensibus quasi ad privatos amicos nuncios dirigebant,
ut[g] pretiosa queque Papiam mitterent, fiducia publice data,
ut res et persone salve essent. Sed postea coegerunt homines habitaculum ibi iurare et res non permiserunt reduci.
O quantus clamor et quantus timor, quantus[h] fletus per
quatuor ebdomadas in burgis fuit, maxime[i] in burgo[k]
Noxede et Vegiantini[l]! Nemo erat, qui auderet lectum
intrare. Cottidie die[m] noctuque dicebatur[n]: 'Ecce Papienses veniunt[m] burgos comburere[o]!' Interea, cum iam multi
exportassent[p] res suas, alii iuxta civitatem[q], alii iuxta[e]
Cumas, alii Novariam, alii Papiam, alii Laude, alii ad villas,
venerunt Pergamenses primum et Brixienses et Cremonenses MCLXVII. quinta feria[r], quinto Kal. Madii et intro- *Apr.* 27.
duxerunt eos in civitatem. Post hec vero Galdinus archiepiscopus[s], qui erat cum papa Alexandro, venit quinto die *Sept.* 5.
Septembris[t].

Imperator vero duodecimo die[m] eiusdem mensis Roma *Sept.* 12.
rediit[u] et Papiam venit, et septimo Kalendas eiusdem *Sept.* 25.
mensis combusit Roxate et alia loca usque ad Casternum[v. 1]
et locum Sancti Viti[w] et Cornaleti.

Codagnelli Libellus tristitiae.

Imperator vero XII. die eiusdem mensis rediit Papie et septimo (29)
Kal. Octubris conbuxit Roxate — — quos ipse creaverat deposuit.

a) hoc *B.* b) andivissent *A.* c) m. de civ. (cum q. *des.*) *B.* d) lonbardie *B.* e) *deest B.* f) decus eis suum adiut. *B.* g) de (?) *del., et superscr.* ut *A.* h) et q. *B.* i) et max. *B.* k) burgis *B.* l) Vigentini *A.* m) *deest A.* n) dicebant *B.* o) conburrere *B.* p) res s. exp. *B.* q) Mediolani *add. B.* r) febria *B.* s) episcopus *B.* t) decembris *A*; *cf. Ann. Mediol. min. (infra).* u) reddiit *A.* v) castanum *B.* w) iuti *A.*

1) *Hanc lectionem praeferendam et Casterno inter septentrionem et occidentem ab Abbiategrasso situm intelligendum esse, non Castanum (Castano Primo [circ. Abbiategrasso, mand. Cuggiono]) Cont. Laud., SS. XVIII, p.* 656. *docet, cum loca quae ibi destructa enumerantur, scilicet Abbiategrasso, Corbeta, Magenta, vicina sint Casterno, multo longius distent a Castano.*

1168. Mart. 9. Postea vero MCLXVIII. nono die Martii suspendit
imperator Zilium[a] de Prando obsidem de Brixia iuxta
Sauxiam[b], dolore et furore repletus, quod Mediolanenses,
Brixienses, Laudenses, Novarienses, Vercellenses[c] obside-
(30) runt[d] Blandrate; et inde abiit in Alamaniam. Eodem
Mart. 12. mense, XII. die mensis Placentini, Parmenses et Obizo
marchio Malaspine[e] iterum introduxerunt Terdonenses[f] in
Mart. 20. civitatem. Eodem mense, XX. die mensis Seprienses
iuraverunt stare precepto[g] Galdini archiepiscopi et consu-
lum[h] Mediolani.

(31) Post multas quoque expeditiones ultra Padum factas
cum civitatibus, que cum Mediolanensibus iuraverant, sci-
licet marchia[i], Verona, Brixia, Mantua, Pergamum, Laude,
Novaria, Vercelle, Placentia, Parma, Regium, Mutina, Bo-
nonia, Feraria[k], imperator Federicus quinta vice Lonbar-
1174. Sept. 28. diam[l] intravit MCLXXIIII.[m] quarto Kal. Octubris et venit
Sauxiam[n] cum[o] octo milibus pugnatorum et combusit[p]
eam. Venit[q] deinde Aste, et fere octo diebus reddiderunt
Oct. 29. se. Deinde venit Alexandriam quarto Kal.[r] Novembris[1]
et obsedit eam cum Papiensibus et marchione Montis-ferati
1175. Apr. 11. usque in undecimo[s] die mensis Aprilis. Ea vero die cum
Apr. 12. esset sabbatum sanctum pasce[t], data etiam[u] fiducia Ale-
xandrinis, quod non opugnaret eos nisi[v] transacto festo,
accensus[w] ira et dolore Longobardorum[x], qui erant in loco
Castegio[y], clam fecit suos armari et nocte intromisit de
melioribus, quos habebat, circa ducentos in quodam fora-
mine, quod fecerat, et quod exitum habebat fere in me-
diam civitatem; et mane cepit pugnare. Sed Deus pugna-
vit pro civibus, et omnes qui erant in foramine et in turri
lignea, quam fecerat, mortui sunt, et turris combusta est[z];
(32) et sic liberati sunt. Mediolanenses[a] cum carozero[b] suo
Mart. 11. moverunt XI. die Martii MCLXXV, et venerunt[c] in ex-

a) *sic Ann. Mediol. min.;* Zillium *A*; gilium de pranco *B*. b) Sauriam *A*; iusta saxini *B*; apud Sausiam *Ann. Mediol. min.* c) et Verc. *B*. d) *sic A et Ann. Mediol. min.;* obsiderent blandate *B*. e) Mallaspine *A*; Ob. malaspina *B et Ann. Mediol. min.* f) therdon. *A*. g) preceptis *B*; mandatis *Ann. Mediol. min.* h) *sic A et Ann. Mediol. min.;* conscilii *B*. i) marcha *A*. k) et fer. *B*. l) vice iterum in lonb. intr. *B*. m) millesimo centesimo septuagesimo quarto kallendas Octobris (*alterum* quarto *deest*) *A*; anno incarnationis MCLXVIIII. quarto kal *B*; *cf. Galv. Fl. l. l.* n) seuxiam *B*. o) c. o. m. p. *ex B suppleri, des. A, sed etiam Galv. Flamma, Chron. mai. p.* 717. *et Manip. florum c.* 203, *locis ex hoc libro exscriptis* 8000 *militum commemorat.* p) conbuxit *B*. q) deinde venit *B*. r) octobris *add., sed del. A.* s) quartodecimo *A*; usque ad undecim dies m. *B*; *sed sabbatum paschatis a.* 1175. *fuit Apr.* 12. t) esset sanctum pascha *B*. u) ē (est) *B*. v) ubi *B*. w) accensis *A*. x) logombadorum *A*. y) Casteggio *A*. z) fuit *B*. a) uero *add. B*. b) carocio *B*. c) fuerunt *B*.

1) *Immo Oct. 27, ut Ioh. Codagn. in Ann. Placent., SS. XVIII, p.* 414. *scribit.*

ercitu isto marchia[a], videlicet Trivixium[b], Padua, Verona, 1175.
Vicentia[c], Brixia, Mantua, Pergamum, Parma, Regium,
Mutina, Placentia et Feraria, pedites et milites, et[d] tre-
centi milites[e] Novarie, Vercellarum; et ibi quedam pax *(Apr. 16/7).*
ficte facta fuit[1].

Postea vero MCLXXVI. quarto Kal. Iunii, die[f] sab- (33) 1176.
bati, cum essent Mediolanenses iuxta[g] Legnanum, et cum *Maii* 29.
eis essent milites Laude L et milites Novarie et *Vercella- *p. 378.
rum[h] circa trecentos[i], Placentie[k] vero circa ducentos[l],
militia Brixie et Verone[m] et totius marchie[n] — pedites vero
Verone et Brixie erant in civitate, alii iuxta in[o] itinere et
proficiscebantur ad exercitum Mediolanensium —: Federicus
imperator erat[p] cum Cumanis omnibus castramentatus
iuxta[p] Cairate cum Theothonicis[q] militibus fere mille; et
dicebatur, quod erant duo milia, quos venire fecerat per
Disertinam[r] tam privatissime, quod a nemine Longobardo-
rum[s] potuit sciri[t]. Imo cum dicebatur, quod essent[u] apud
Bilinzonam[v], fabulosum videbatur. Et cum vellet transire
et Papiam ire, credens[w], quod Papienses deberent ei ob-
viare, Mediolanenses[x] obviaverunt ei cum suprascriptis[y]
militibus inter Borxanum[z] et Busti Arsitium[a], et ingens
prelium inchoatum est. Imperator vero[b] milites qui erant
ex una parte iuxta carocerum[c] fugavit, ita quod fere omnes
Brixienses et de ceteris pars[d] magna fugerunt usque Me-
diolanum et pars magna de melioribus[e] Mediolanensibus[f].
Ceteri[g] steterunt iuxta carocerum[c] cum peditibus[h] Medio-
lani et viriliter pugnaverunt. Postremo imperator versus
est[i] in fugam, Cumani[k] vero fere omnes capti fuerunt,
Theothonicorum[l] multi capti[m], interfecti, et multi in Ticino
necati[n] sunt.

Eodem vero anno imperator direxit nuntios ad papam[o] (34)
Alexandrum et clam pactus est cum eo. Et statuerunt
colloquium apud Veneciam[p], publice simulantes se[q] velle

a) marcha *A.* b) Triviglium *A.* c) *sic B et Ann. Mediol. min.;* Vic. Ver. *A.* d) *deest B.* e) Nov. mil. *B.* f) *sic B. P;* de *A.* g) circa *B. P.* — lignianum *B*; lignanum *P.* h) *sic B. P;* Vercellis *A.* i) ducentos *A.* k) et Plac. *A.* l) vero ducenti *B.* m) et Ver. *des. B.* n) *sic B. P;* marche *A.* o) alii iuxta, alii in it. prof. *B. P.* p) *sic A. P; deest B.* q) Teuthon. *A.* r) *sic A. P;* desertinam *B*; et *add. A.* s) lonbard. *B*; lombard. *P.* t) scire *A.* u) esset *A*; imperator *P.* v) bilizonam *P*; birizonam *B.* w) credentes *B.* x) et Med. *A.* y) istis *A (compendium* iftis *a scriba male lectum est).* z) Borsanum *A*; broxanum *P*; brexanum *B.* a) *sic P;* Arsitiam *A*; bustarsitium *B.* b) autem *P*; et *B.* c) carroc. *A.* d) m. p. *B.* e) *deest B.* f) ceteri fugerunt *add. A.* g) *sic A. P; deest B.* h) cum ped. *des. A.* i) est in f. *des. A.* k) Cumas *A*; et C. e. fere fuer. capti *B.* l) Theuton. *A.* m) et multi *add. B.* n) *sic A. P;* sunt nec. *B.* o) Al. p. *B. P.* p) *sic A. P;* Venecias *B.* q) *deest B. P.*

1) *Illa de Montebello, cuius instrumentum vide LL. II,* 1, *p.* 145 *sqq.; cf. Ioh. Codagn., SS. XVIII, p.* 414.

1177. componere[a] inter Longobardos[b] et imperatorem. Et fuerunt ibi ambo per medium annum[1] cum archiepiscopis et[c] episcopis, patriarchis[d], abbatibus et aliis clericis multis, cum[e] comitibus[f] et marchionibus. Postremo nono Kal.
Iul. 24. Augusti incarnationis MCLXXVII. Alexander papa recepit Federicum in christianissimum imperatorem et uxorem eius Beatricem et filium eius Henricum[g] in regem, cum adhuc non esset pubes[h]. Inter Lonbardos et eorum societatem et imperatorem a Kal.[i] Augusti proximi inantea usque ad sex annos treuguam[k] sacramento ab utraque parte prestito firmaverunt, ...[l] et eis in perpetuum fecit[2], deserendo fidem, quam Longobardis promiserat. Nam ex quo fuit Venetie, direxit litteras[3] Mediolanensibus, quibus[m] dixit, quod prius dimitteret se secari[n], quam pacem absque Mediolanensibus faceret. Sed[o] Longobardos deseruit[p] et episcopos depositos restituit et quos ipse creaverat deposuit[q, 4].

Sept. Mense vero Septembrio proximo fuit dilluvium, quo maius non fuit a diebus Noe. Nam Ticinum operuit ab una costa ad aliam terram, ita quod multe arbores non apparebant. Lacus qui dicitur Maior crevit usque ad decemocto brachia in altum et operuit domos Lixie; a Scrivia ibant navigio usque Placentiam.

a) pacem *add. B. P.* b) lonbardos *B*; lombardos *P.* c) *deest B;* ep. et *P.* d) et *add. h. l. B.* e) et *P*; et cum *B.* f) communitatibus *A*; comittibus *B.* g) anricum *B. P.* h) *sic P;* paves (?) *A*; essent pupes *B.* i) kallendas *A.* k) treguam *A.* l) *hoc loco quaedam in utroque cod. omissa esse patet.* m) quibus — Mediolan. *om. A.* n) *sic P;* sectari *B.* o) facere se *A.* p) deseruit — creaverat *om. A.* q) *hoc loco desinit B.*

1) *Imperator paulo minus duobus mensibus post pacem factam, papa paene medio anno Venetiis affuerunt.* 2) *Scil. Alexander papa.* 3) *Quae non exstant.* 4) *Quae hoc loco in cod. A omissa sunt nescio an in cod. Rauliano erasa fuerint, cum auctor eis acriter in Alexandrum papam invehatur.*

APPENDIX.

CONTINUATIO.

Cod. A.

*Et in ipso anno, qui erat MCC. primo, die Martis, *p. 381. 1201.
XI. die ante Kall. Iunii, indictione quarta, Mediolanenses *Maii* 22.
trium portarum, scilicet porte Ticinensis, porte Romane et porte Orientalis, cum omni comitatu et cum Cumanis et Novariensibus et Vercellensibus, Alexandrinis perrexerunt in obsidione Viglevani et cum carrocero et vexillis et cum magnis predariis septem. Et per sex ebdomadas[a] ibi steterunt. Quod castrum fortissimum erat cum fossato magno et murato a ripa de foris usque ad summum et cum altissimo muro merlato iuxta teragium et cum uno alio muro intus; qui duo muri interrati erant a medio usque ad summum. Ibi castra fixerunt et fortiter expugnaverunt. Eo die sabbati, qui est septimus dies mensis Iulii[1], ante- *Iul.* 7.
quam opidum esset captum, iverunt alie tres porte, scilicet porta Vercellina, porta Cumana, porta Nova, ad ipsum castrum et cum aliis portis steterunt[b] et fortiter illud expugnaverunt, et illud ceperunt et destruxerunt et captivos Mediolanum duxerunt, in carcerem eos miserunt.

Millesimo ducentesimo primo, quarto[2] die ante Kall. *Iul.* 27.
Augusti, in vigilia sanctorum Nazarii *et Celsi fuit prelium *p. 382.
de Nigrino[c], in quo capti et denudati fuerunt Papienses omnes, et multi fuerunt interfecti.

Sequenti vero anno, qui erat millesimo ducentesimo 1202.
secundo, in mense Iunio collegerunt Mediolanenses exerci- *Iun.*

a) ebdogmadas || hebdogmadas *c.* b) ceperunt *c.* c) Vigrino *c.*

1) *Quo die castrum captum est; cf. Ioh. Codagn. Ann. Plac., SS. XVIII, p.* 421. 2) VI. Kal. Aug. *recte habent Notae S. Georgii et Ioh. Codagn. Ann. Plac., SS. XVIII, p.* 388. 422; *nam vigilia Nazarii et Celsi est Iul.* 27; *et cum hoc die convenit quod Ioh. Codagn. dicit die Veneris proelium commissum esse.*

1202. tum cum omni comitatu et cum Papiensibus perrexerunt super terram Pergamensium[a] cum carozero, magnum guastum fecerunt et[b] arbores eorum corticaverunt et blavas devastaverunt et alia multa malla fecerunt; per dies undecim super terris Pergamensium steterunt faciendo guastum cum Papiensibus insimul cum carozero suo.

1230. *Oct.* 17. Millesimo ducentesimo trigesimo[1] XVII. die mensis Octobris incepit magna pluvia, et pluit per ebdomadas . . .[c] Et tunc ambo pontes Ticini fracti sunt, et multa loca submersa fuerunt, et Ticinus totam vallem implevit usque ad fundamentum costarum eius.

Qui fecit hoc opus, Sire Raul nomine dictus.

a) papiensium *del. et superscr.* pergam. *c.* b) in *c.* c) *numerus deest c.*

1) *Non est cur dubitemus, quin haec inundatio a.* 1230. *facta sit, nam etiam Tristan. Calchus l. XIII, p.* 280. *haec ad a.* 1230. *habet, et Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668. *hoc anno Padum fluvium inundasse referunt.*

ANNALIVM S. EVSTORGII MEDIOLANENSIVM [MINORVM] A. 1154—1177.

Anno Domini MCLIIII. Federicus Romanorum rex cum p. 393. 1154.
Henrico duce[1] primo intravit[a] Lombardiam[b] XI. Kal. *Oct. 22.*
Novembris et venit Papiam. Et destruxit Roxate et pontes supra *G. Fed.*
Ticinum et castra de Galliate[c] et de Trecate et de Momo et de Ast.

Anno Domini MCLV. de[d] mense Februarii Federicus rex 1155.
cepit obsidere Terdonam, et eam rediderunt die XXIIII.[e] Aprilis[2]. *Apr. 18.*
Et Arnulfus[3] combustus est[f]. Et eodem anno de mense
Maii abiit Romam et factus[g] est imperator et[h] coronatus ab Adriano
papa. Et eodem anno in festivitate Gervasii et Protasii capti fue- *Iun. 19.*
runt Papienses in maxima quantitate apud Sedezanum, Mara-
galia de Alliate[i] tunc consule existente. Et[h] redificata[k] fuit
civitas Terdone a Mediolanensibus. Et eodem anno et mense[l] Novem-
bris elevatus[m] fuit pons[n] supra[o] Ticinum ad[p] Brinate. *Nov.*

Anno Domini MCLVI. porta Romana et porta Ticinensis ob- 1156.
siderunt et viceruntq[q] Stabium[r] cum porta Orientali. Et die
XIII.[s] Iunii[t] Mediolanenses congregato[u] exercitu cum CC militibus *Iun. 13.*
Brixiensibus[v], qui erant in solis[w] expensis comunis Mediolani,
obsiderunt[x] Ceredanum et illud destruxerunt[y], hoc videnti-
bus Papiensibus et Novariensibus[z], qui prope ibi[a] erant cum
tota sua fortia[b]. Et Mediolanenses ceperunt Papienses et
suburbia[c] Papie[4]. Et eodem anno de mense Iullii vel Augusti[5] *Iul. Aug.*
porta Vercelina[d], porta Cumana[d], porta *Nova intraverunt[e] vallem de *p. 394.
Lugano et ibi ceperunt circha XX castella[f]. Et alie[g] tres porte fece-

a) introivit 3. b) in Lomb. 1. 3. c) Galbiate 2. 3. d) de — Adr. papa. Et eodem anno *om.* 3. e) vicesimo 2. f) comburssit 1. g) refactus 1. h) *deest* 2. i) Aliate 3; Albiate cons. 2. k) retificata 1; ratificata 2. 3. l) et m. N. *om.* 2; de m. 1. m) factum 1. n) *deest* 2. 3; poutem 1. o) super 1. p) de 2. 3. q) iverunt in 2. r) Staubium 1. s) VIII. 2. t) *deest* 3. u) fecerunt congregationem exercitus et cum 1. v) de Brissia 1. w) solitis 2; in soldo com. 1. x) et obs. 1. y) derupaverunt 1. z) Papiensses et Novarensses 1; Pap. et Novarienses 2. a) *deest* 1. 2?; er. ibi pr. 3. b) fortitia 1; sforcia 2. c) Pap. subburga 1. d) et *add.* 1. e) iverunt in 1. f) castra 2; cep. teram et XX castelis 1. g) illic 1.

1) *Saxoniae et Bawariae.* 2) *Immo die* 18. *April., ut Gesta Feder., supra p.* 17. *recte habent; quod confirmatur a Ioh. Codagn., Ann. Placent., SS. XVIII, p.* 412. *et diplomate Friderici (St.* 3705*). Numerus XVIII. in XXIIII. corruptus videtur.* 3) *de Brixia.* 4) *Haec ex altero fonte hausta ad a.* 1157. *spectare videntur.* 5) *Cf. supra p.* 23, *n.* 2.

G. Fed. runt[a] mirabile prelium cum Papiensibus[b] in campis[c] de Videgulfi[d]. Et
Nov. de[e] mense Novembris[f] sequenti alie tres porte ceperunt edificare
pontem supra[g] Ticinum inter[h] Abiate et Cassolum[i], et alie tres porte
postea[k] per totum[l] hyemem et quadragesimam pulcherrimum pontem
compleverunt.

1157. Anno Domini MCLVII. de mense Iunii Mediolanenses cum
Iun. CC militibus Brixiensibus suprascriptis[m.1] iverunt ultra Ticinum[n].
Et tunc Papienses per comune, milites et pedites, et marchio
Montis-ferrati et Obizo Malaspina et alii septem inter comites et marchiones
intraverunt Vegivanum[o]. Et tunc captum fuit et destructum
Gambolate[p], et rehedificatum[q] fuit castrum de Lomelo
per Mediolanenses, et captum fuit Vegivanum et fere omnes
Papienses in Vegivano[2].

1158. Anno Domini MCLVIII. imperator Federicus cum rege Boemie
ut leo[r] pugnans secundo totam Italiam devastavit cum innumerabili[s]
exercitu. Et venit in Blanchanuda[t] et invento guado
subtus Cornalianum transivit Abduam et cepit Tricium[u]. Et venit
Melegnanum; et inceptum fuit maximum prelium cum Mediolanensibus,
et[k] fugando eos duravit prelium usque ad por-
Aug. tam Romanam. Et postea de mense Augusti domnus[v] imperator
congregavit magnum exercitum de Parma[w], de Cremona,
de Novaria, de Papia, de Vercelis, de Ast, de Cumis[x], de Pergamo,
de Blandrate, de Bergolio et de Gamondi[y], de Marengo[z], de
Vicentia, de Trevisio, de Padua, de[a] Verona, de Feraria, de
Ravena, de Bononia, de Regio, de Mutina[b], de Brissia et de
multis aliis civitatibus Tussie et de Bregonia[c.3], comitibus[d] et
marchionibus tocius Lombardie, et posuit vexilla[e] sua et castra in
brolio Mediolani; et vicerunt Archum Romanum. Et nona die
Sept. 8. mensis[f] Septembris proximi[a] rediderunt se et civitatem domno imperatori,
et fecit[g] pactum cum eis; et ivit[a] in Monte-ferato
et postea Bononiam.

1159. Et in MCLVIIII. apud Bononiam in pascha[4] predictus
Apr. 12. imperator bannivit[h] Mediolanum. Et[f] tunc Mediolanenses ceperunt
Tricium, et domnus[a] imperator inde doluit et venit Laude,
Iul. et[a] de mense Iulii cepit obsidere Cremam.

1160. Anno Domini MCLX. die tercio exeunte mense[i]
Ian. 26. Ianuarii[5] capta fuit Crema a domno imperatore et destructa.

a) mirabillia et *add.* 1. b) contra Papienses 2. c) campo 1. d) Vidigulfis 2; Vidigulfo 3. e) *deest* 3. f) novembri 2. — sequentis 1. g) super 1. h) *pro* inter — hyemem et *habet* 1: in Tycino et ad. — Habiate 3. i) *sic* 3; Casolio 2. k) *deest* 2. l) *sic* 2. 3 *(cf. infra p.* 69, *l.* 19*)*. m) secundis 1. n) pontem Ticini 1. o) Viglevanum 2; in Veg. 1. p) Gaxuborate 1; Gambolatum 2. q) edificatum 1. r) loco pugna 2. s) mirabillii 1. t) Branchantidem 2. u) Trezium 1. v) dictus 2. w) et *post omnium sequentium civitatum nomina add.* 1. x) de C. *des.* 1. y) Gramondi 1; Gamandi 2. z) Martinego 1. a) *deest* 2. b) Mantua 1. c) et Pagomonibus 2. d) comitatibus 1. e) vexillia 1; nassilia 2. f) *deest* 1. g) fecerunt 1. h) bandezavit 1. i) ex. m. *des.* 2.

1) *Eosdem fuisse hos ac suprascriptos auctor falso coniecit.* 2) *Cf. Not. S. Georgii, infra p.* 71, *Ann. Mediol. breves, infra p.* 72. 3) *I. e. de Burgundia* (Burgundienses *Gesta Feder. p.* 30). 4) *Non accurate excerpsit auctor hoc loco Gesta Feder. p.* 36. 5) *Non die Ian.* 29, *sed* 26*; cf. supra p.* 38.

Et de[a] medio mense Maii proxime sequente fecit domnus[b] imperator mirabile guastum de arboribus et blavis circa civitatem Mediolani, per Martexanam et per[b] Seprium[1]. Et de mense Augusti proxime sequenti Mediolanenses cum paucis militibus Brixiensibus miserunt in fugam domnum[c] imperatorem[2] usque ad Carchanum[d], et multi fuerunt capti ex Tehotonicis et Lombardis a Mediolanensibus. Et tunc fuit ortus ingens[e] ignis in porta Cumana[f] et fere mediam civitatem combursit et victualia. Et eodem anno de[b] mense Augusti inceptum est ad redificandum[g] Laude iuvenis[b, 3]. *G. Fed.* *Mai.* *Aug.* 1158. *Aug.*

*Anno Domini MCLXII. primo die Marcii Mediolaneuses[4] rediderunt se et civitatem domno imperatori in Laude. Et posuit Mediolanenses[h] in burgis et destruxit[i] civitatem Mediolani. *p. 395. 1162. *Mart.* 1.

Anno Domini MCLXIII. de mense Octubris[k] tertio[l] Federicus imperator intravit Lombardiam. 1163. *Oct.*

Anno Domini MCLXIIII. de mense Ianuarii incepit[m] domnus[b] imperator edificare civitatem unam apud Sanctum Columbanum. Eodem yeme Cremonenses[5], Veneciani et Marchexani iuraverunt insimul[n] et facti sunt inimici domni[b] imperatoris. De[o] mense Iunii proxime sequenti domnus[b] imperator cum exercitu suo perrexit[p] ad partes illas marchie et Verone* et inde cum obprobrio rediit. Et ipso anno archiepiscopus Coloniensis fecit portare Coloniam corpora trium Magorum, qui Magi erant in ecclesia sancti Eustorgii[q]. Et de mense Novembri proxime sequenti domnus imperator ivit ultra montes. 1164. *Ian.* *Iun.* *Nov.*

Anno Domini MCLXVII. de mense Novembris domnus[b] imperator Federicus quarto[r] intravit Lombardiam[s] et venit Brixiam et devastavit blavas[t] et arbores Brixie et Pergami usque ad montes. Et[u] deinde abiit Romam cum exercitu et combursit porticum et alam[v] Sancti Petri et obsedit Romam, multorum ab utraque parte nece[w] accepta, tamen[x] acceptis inde[y] 1166. *Nov.* 1167.

*) *Pro* m. et V. *habet* 1: in marchia Trevissana cum ducis[z] Boemie[6].

a) in 1. b) *deest* 2. c) dominus 1; dictum 2. d) Cancharum 1. e) magnum 1. f) Romana 2. g) retif. 1; ratif. 2. h) Mediolanum 1. i) destruit 1. k) octobri 2. l) *correxi ex Gestis Feder.*; item 2; *deest* 1. m) incipit 1. n) simul 2. o) Et de 1. p) ire *add.* 1. q) erant ad Sanctum Eustorgium 1. r) *corr. Jaffé (sic Gesta Feder. p.* 60*)*; quando 1. 2. s) in L. 1. t) blada 2. u) *deest* 1. v) altaria 1. w) *corr. Jaffé*; nec 1. 2. x) acceptatam et 1. y) idem 2. z) *sic* 1.

1) *Locorum in Gestis Federici p.* 40. *enumeratorum compluria in Martesana, nullus in comitatu Seprii situs erat.* 2) *Hoc loco auctor procul dubio alios annales secutus est; cf. Not. S. Georgii, infra p.* 71. 3) *Haec ex altero fonte sumpta ad a.* 1158. *pertinent. Cf. locum Chron. Philippi de castro Seprio citatum ab Ant. Ceruti, 'Misc. di storia Ital.' VII, p.* 675: Anno Domini MCLX. die IV. Augusti inceptum est edificari civitatem Laudensem iuvenem. 4) *Haec exciderunt in Gestis Feder., supra p.* 52 *sq.* 5) *Immo Veronenses, ut Gesta Feder. supra p.* 57. *habent.* 6) *Theobaldus frater Wladislai regis tunc iam non in Italia fuit. Haec nonnisi e coniectura scribae loco corrupto orta videntur.*

1167. obsidibus recessit[a]. Et iterum[b] Lombardi[c] se invicem
iuramento insimul[d] pacti sunt. Et imperator Papiam reversus est[e. 1] et[f] conatus est solvere iuramenta et pacta
1168. Lombardorum. Et cum hoc facere nequiverit, in Alamaniam reversus est.

1167. Anno Domini MCLXVII. ivit[g] domnus[h] imperator Bono-
G. Fed. niam et fecit guastum circha[i] usque ad civitatem[k]. Et tunc cecidit magna nix in Lombardia, que fuit alta duo brachia. Et
Apr. 27. eodem anno in[h] die Iovis[h], V. Kal.[l] Maii Mediolanenses intraverunt suam[m] civitatem cum auxilio Brixiensium[n], Pergamen-
Sept. sium et Cremonensium. Et de mense Septembris proxime venit domnus[h] imperator Federicus a Roma et[o] ivit Papiam, et combursit Roxate et alia loca usque ad Cornaledum[p].

1168. Anno Domini MCLXVIII. de mense Marcii domnus[q] impe-
Mart. rator Federicus fecit suspendi[r] Zilium de Prando[s] obsidem Brixie apud Sausiam[t] dolore[u], quia Mediolanenses[v], Brixienses[v], Laudenses[v], Novarienses[w], Vercelenses obsiderunt[x] Blandrate; et inde[y] abiit in Alamaniam. Eodem mense Placentini[z], Parmenses et Obizo Malaspina introduxerunt Terdonenses in civitatem[a] suam; et Seprienses iuraverunt stare[b] mandatis domni Galdini archiepiscopi[c] et consulum[d] Mediolani.

1174. Anno Domini MCLXXIIII.[e] mense Octubris domnus[f] Fede-
Oct. ricus imperator quinto intravit Lombardiam[g] et combursit Sausiam[h]; et[c] postea venit ad civitatem de Asti[i], et eidem[k] rediderunt se. Et[l] eodem mense cepit[m] obsidere Alexandriam et stetit circa
1175. *Mart.* eam usque ad Marcium. Et tunc Mediolanenses cum[n] Trivixio,
**p. 396.* Padua, *Verona, Vicentia, Brixia, Mantua, Pergamo[o], Parma, Regio, Mutina, Placentia, Ferraria, Novaria et Vercellis moverunt se[p] ad succurrendum Alexandriam. Et facta fuit pax cum imperatore in[q] MCLXXV.

Anno Domini MCLXXVI. de[r] mense Aprilis obiit beatus Galdinus archiepiscopus Mediolani. Eodem anno facta fuit ecclesia de Vicoboldono[2]. Et eodem anno,

a) secessit 2. b) intravit 1. c) Lombardiam 1; Lumbardiam 2. d) simul 2. e) regressit 2. f) *deest* 1. g) venit 2. h) *deest* 2. i) extra civitatem et 1. k) Bononie *add.* 1. l) menssis 1. m) in s. 1. n) Bressianis et Pergamensses et Cremonensses 1. o) et iv. *des.* 2. p) Cornaredum 1. q) *deest* 2. 3. r) suspendere 2. s) Brando 3; Bando 2. t) *sic* 3; Sansinam 1; Sansam 2. u) de dol. 1. v) et *add.* 1. w) et *add.* 1. 3. x) obsidebant 2. 3. — Biandrate 3. y) idem 1. z) per Placentinos et 2. a) suam civ. 3. b) iur. facere omnibus mand. 1. c) *deest* 2. d) conscilium 1. e) MCLXIX. 1. — de *add.* 2. f) *deest* 2. 3. g) in L. 1. h) *sic* 3; Sanssinam 1; Sansam 2. i) civ. Astensem 3; civ. Albensem 2. k) Astexani *add.* 1; se eid. reddid. 3. l) Et de 2. m) *deest* 1. n) Mediol. et Cumenses *(falso)* et Trevissenses et Paduani et Veronenses et Vessentini et Bressiani et Mantuani 1. o) Bergamum 3; et Pergamenses et Parmesani et Rezani et Placentini et Ferarenses et Novarenses et Vercellenses 1. p) et fecerunt magnum exercitum *add.* 1. q) *deest* 3; anno *add.* 2. r) *deest* 3.

1) *Ex altero fonte hoc loco commemoratur, quod ex Gestis Feder. p.* 60. *infra iterum narratum est. Imperator fines Bononienses vastavit, antequam Romam proficisceretur.* 2) *Cf. Galv. Flammae Chron. maius l. l. p.* 719 *sq. et Bentii Alexandr. opusc. de Mediolano ed. L. A. Ferrai in 'Bullettino dell' inst. stor. Ital.' IX* (1890), *p.* 34.

mense[a] Iunii[1] disconfitus[b] fuit imperator Federicus[c] ad 1176. *(Maii 29).* Legnanum[d] a Mediolanensibus.

Anno Domini MCLXXVIII. fuit maximum diluvium. Et Henricus filius imperatoris Federici factus est rex[2]. Et facta fuit pax inter papam[e] Alexandrum et imperatorem Federicum apud Venecias; et[f] fecit treugam[g] cum Lombardis. Et illo[h] anno fuit penuria panis maxima.
1177. *G. Fed.*

NOTAE S. GEORGII MEDIOLANENSES *A.* 1154—1176.

MCLIIII. Imperator Federicus primo intravit Lumbardiam. *p.* 386.

VIII. Id. Apr.[3] MCLV. Terdona capta est atque destructa.

XVIII. Kal. Iul.[4] MCLVI. Mediolanenses ceperunt Cerredanum. *Iun.* 14.

XIIII. Kal. Iul. MCLVII. Mediolanenses ceperunt Vigivanum et fere omnes Papienses. *Iun.* 18.

V. Kal. Sept. MCLVII. Mediolanenses redificaverunt Lomelum. *Aug.* 28.

*p. 387.

*VIII. Id. Aug. MCLVII. Rex Federicus imperator 1158. obsedit civitatem Mediolani usque VIII. Idus Septembris. *Aug.* 6. VIII. ante Idus Septembris, susceptis a rege legatis Mediolanensibus, confirmatum est pactum et concordia in scriptis redacta. *Sept.* 6.

V. Id. Aug. MCLX. Mediolanenses obsederunt Carcanum et ceperunt eum[5] et imperatorem Federicum in fugam converterunt[i], et sui capti sunt plurimi. *Aug.* 9.

VIII. Kal. Sept. MCLX. Ignis Canum[6]. *Aug.* 25.

a) de m. 1; et m. 2. b) sconfitus 1; disconfatus 2; discumfitus 3. c) f. dominus imp. 1. d) Leginanum 1; Lignanum 2. e) Papia et Alexandria 1; Papiam et Alexandriam 2. f) *deest* 1. g) treguam 1. h) i. a. *des.* 1. i) conuertent *c.*

1) *Sic scripsit auctor falso, quia in fonte suo legit* quarto *vel* III. Kal. Iunii; *qui notam de proelio Legnanensi ex aliis annalibus sumpsisse videtur; cf. Not. S. Georgii, infra p.* 72. 2) *Hoc falso coniecit auctor ex eo quod in Gestis Feder. p.* 64. *legit:* papa recepit . . . Henricum in regem, *qui iam a.* 1169. *rex creatus est.* 3) *Immo Apr.* 18, *non Apr.* 6; *cf. supra p.* 67, *n.* 2. 4) *Cf. supra p.* 23, *n.* 1. 5) *Minime; vide supra p.* 48, *n.* 5. 6) *Cf. supra p.* 47.

Mart. 7. Nonis Mart. MCLXII. Imperator Federicus suam gratiam Mediolanensibus redidit et eos de bano tulit; et civitas destrui cepit.

Apr. 25. VII. Kal. Maii[1] MCLXVII. Mediolanenses intraverunt civitatem.

1176. *Maii* 30. III. Kal. Iunii[2] fuit victus inperator Federicus ad Legnianum a Mediolanensibus.

ANNALIUM MEDIOLANENSIUM BREVIUM A. 1154—1177.

p. 390. MLIIII. Hostem fecit civitas Mediolanensis ad Lar-
Aug. 10. dragum[a] in festo sancti Laurentii, X. die Augusti[3]. Rex Fredericus distruxit pontem Ticini — et Galiate et Trecate
Dec. 15. et civitatem Terdone — XV. die mensis Decembris[4].

MCLV. Adrianus[b] papa unxit Fredericum, qui eodem anno Longobardiam intravit vastatis multis urbibus atque locis.

Iun. 14. MCLVI. Mediolanum cepit Cerredanum XVIII. Kal. Iunii[5]; et in ipso anno ceperunt Morgengum Mediolanenses[c].

MCLVII. Mediolanum cepit castrum de Vigevano et
Iun. 18. fere omnes Papienses XII. Kal. Iulii[6]. Item in eodem
Aug. 28. anno reedificatum est Lomellum V. Kal. Septembris[7].

MCLVIII. Dominus rex Fredericus cum exercitu suo passavit Abduam in festivitate beati Iacobi et sancti Chri-
Iul. 25. 26. stophori[d], VII. Kal. Augusti[8]; et in ipso mense venit et
Aug. 6. obsedit Mediolanum, in festivitate sancti Xisti, VI. die Augusti.

a) Cardragum *L.* b) Hadrianus *L.* c) Mediolanensis *L.* d) Christophari *L.*

1) *Immo demum Apr.* 27*; cf. supra p.* 61. 2) *Immo die Maii* 29*; supra p.* 63. 3) *Aug.* 11. *Otto Morena p.* 591 *sq.* 4) *Hic dies ad pontem Ticini destructum referendus est. In obsidione etiam castri Galiate imperatorem die Dec.* 22. *fuisse scimus (St.* 3702*), Terdonamque demum a.* 1155. *mense Aprili destructam esse. Ph. J.* 5) *Immo Iulii. Cf. Not. S. Georgii et supra p.* 23*, n.* 1. 6) *Immo Iun.* 18. *Cf. Not. S. Georgii.* 7) *Cf. Not. S. Georgii.* 8) *Dictorum sanctorum dies est Iul.* 25*, VII. Kal. Aug.* = *Iul.* 26*, sed exercitus imperatoris Iul.* 23—25. *Adduam transivit.*

MCLIX. Rex Fredericus posuit assedium circa Cremam III. die Octobris [1]. Mortuus est Adrianus [a] papa. *Oct. 3.* Scisma [b] ortum est in ecclesia Romana.

MCLX. Factum est bellum de Carcano in sancto Laurentio, X. die Augusti [2]. *Aug. 10.*

MCLXII. Fredericus imperator Mediolanenses rebelles vicit et Mediolanum funditus evertit die VIII. Martii *. *Mart. 8.*

MCLXVII. Recuperata est civitas Mediolani, et cives intraverunt Mediolanum VI. Kal. Martii [3]. Fredericus *Febr. 24.* Parmam, Bononiam, Terdonam cum aliis civitatibus coegit ad deditionem [4].

MCLXXVI. Die VIII. Madii Cunrandus Cagapistus [5] 1177. *Maii 8.* venit Venetiis et rectores Longobardie, ubi erant dominus papa Alexander et imperator Fredericus pro pace facienda.

Item in ipso anno in festivitate sanctorum martyrum 1176. Sisinii, Martyrii et Alexandri bellum de Legnano III. Kal. *Maii 29.* Iunii [6] **.

*) *Hoc loco male sequitur in ed.:* MCLXIV. X. die mensis Martii fuit pugna in Campo-mortuo; *quod Not. S. Georgii ad a.* 1061. X. Kal. Iun.; *Ann. S. Eustorgii ad a.* 1061; *Ann. Mediol. brevissimi ad a.* 1064. X. die mensis Madii *inter a.* 1127. *et* 1200. *habent.*

**) *In Notis S. Mariae Mediolan. (SS. XVIII, p.* 385*) haec sola notitia legitur ad a.* 1154—1177. *pertinens:* IIII. Kal. Iuni anni 1176. *Maii 29.* Domini MCLXXVI. inter Legnianum et Ticinum Mediolanenses expulerunt de campo inperatorem Federicum cum toto exercitu suo, et infiniti Teutonici capti sunt ibi et gladio occisi, et fere totus populus Cumanorum ibi remansit. *(Sequitur locus rasus).*

a) Hadrianus *L.* b) Schisma *L.*

1) *Iam a mense Iulio ineunte Crema obsessa est; supra p.* 36; *Otto Mor. p.* 610. 2) *Immo Aug.* 9. *J.* 3) *Immo V. Kal. Maii; cf. Not. S. Georgii.* 4) *Hoc falsum est. Nullam harum civitatum hoc anno ad deditionem coegit.* 5) *Hunc esse Girardum Pistum nuntium Mediolanensem (cf. LL. II,* 1, *p.* 152. 157; *Romuald. Salern. [SS. XIX, p.* 447*]) Jaffé recte coniecit. Quod non dubium est, cum idem etiam Girardus Cagapestus vocetur; cf. Giulini, 'Mem. di Milano' III, p.* 750. *Ideo nomen Cunrandi corruptum esse apparet.* 6) *Immo* 4. *Kal. Iun., qui dies festus est Sisinii et Alexandri; cf. Not. S. Georgii.*

GESTA FEDERICI I. IMPERATORIS IN EXPEDITIONE SACRA.

Ut iam supra p. 6—9. *exposuimus, in utroque codice Gestorum Federici in Lombardia eis subiunctus est libellus de expeditione sacra Friderici I, cui inscribebatur* Gesta Federici. *Ut vero hic libellus ab aliis Gestis Friderici discernatur, huic titulo verba* in expeditione sacra *adiunximus. Quo libello in edendo, cum nullus alius codex manu scriptus eum continens unquam innotuerit, quod dolemus, eadem duo exemplaria tantum nobis subsidio sunt, quibus in recognoscendo superiore libello usi sumus, alterum videlicet codicis Rauliani*

A) codex bibliothecae Brerae Mediolanensis AF 9. 30, *saec. XVII; alterum apographum codicis Codagnelliani nimis mendosum,*

B) codex bibliothecae publicae Parisinae Lat. nr. 4931, *mbr. saec. XIII, f.* 105^{d}—107^{c}.

Etiam peiore loco res nostrae sunt in huius libelli textu parando quam in altero edendo. Exemplum A enim dimidiam tantum partem libelli continet, reliqua parte procul dubio iam a scriptore codicis Rauliani omissa. Praeterea librarius nimis neglegens compluries nonnulla verba ut in altero libello omisit, alia male lecta, foede corrupta transscripsit. Demum vero in hoc codice exordium libelli plane diversum a codicis B principio turgida ac contorta oratione conscriptum est, cum auctor libelli simplicissimo impolitoque sermone usus sit, ut alterum quendam, nescio an Raulem, libello introitu apto carenti hoc exordium praefixisse et principium immutasse appareat. Et cum hoc loco libri breviati textus genuinus mutatus sit, paucis locis, quibus textus Raulianus et Codagnelli solito magis inter se differunt, in dubio relinquendum est, uter vera auctoris verba praebeat. Horum locorum binis columnis institutis utrumque textum dedimus.

Ac sane male nobiscum actum esset, nisi feliciter contigisset, ut alia subsidia nobis subvenirent. Inter quae primo loco nominandus, qui iam in altero libello edendo bono nobis usui fuit,


P) Annalista Placentinus Gibellinus in codice Musei Britannici asservatus, cum codicem Codagnellianum multo meliorem quam B exscripserit, multum facit ad veras lectiones Codagnelli cognoscendas, quamvis in transcribendo libello quaedam omi-

serit, quaedam, ut sermonem corrigeret, mutaverit (SS. XVIII, p. 466 *sq.).*

Codicis Codagnelliani apographo codici B quidem arta quadam necessitudine coniuncto[1], *sed illo meliore usus est etiam Franciscus Pipinus, cum chronicae suae hunc libellum non quidem ad verbum transcriptum, sed verbis plerumque mutatis politisque insereret*[2]. *Attamen non sine fructu eum consuluimus iis locis, quibus B et P inter se differunt*[3].

Iohannes Codagnellus quidem hunc libellum non ut Gestorum in Lombardia magnam partem retractavit ac depravavit, sed tamen, ut iam alio loco breviter exposui[4], *suo more quaedam verba addidit vel mutavit. Quae cum ita sint, feliciter evenit, ut Sicardus episcopus Cremonensis codice optimae notae et perantiquo usus ex hoc libello excerpta multa chronicis suis inseruerit*[5]. *Qui quamvis rudem sermonem expoliverit et elegantiorem reddiderit, tamen non paucis locis iudex affuit, ut discernatur, uter codicum veram lectionem praebeat, et eius auxilio, ubi reliqui defecerunt, quaedam menda codicis B recte corrigi potuerunt.*

Quomodo igitur subsidia nostra inter se cohaereant, hac imagine facile perspicere potes:



1) *Quod ut ostendatur, duos locos affero. Ubi vera lectio est:* invenerunt Turchomanos de Baria *(vel* de Beria, *quod in dubio relinquendum est).* Sunt enim agrestes Turchi, *P habet:* Turchos invenerunt Manos *reliquis omissis, B:* inv. turchosmanos de barias. nagestes turchi, *Pipinus:* Turchos, Marios, Debarias et Nagestes invenit. *Alio loco, quo vera lectio est:* per montaneam, *P habet:* per montaneas, *sed B et Pipinus:* ad montana. 2) *Muratori, SS. Rer. Ital. IX, col.* 589—593. 3) *Tristanus Calchus l. XII, p.* 254. *paucissima ex hoc libello, quem in codice Rauliano legit, excerpsit, quae nulli sunt usui. Quod A. Pannenborg contenderat, 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XIII, p.* 322 *sq., Gesta ab auctore Historiae peregrinorum lecta et adhibita esse recte refellit A. Chroust, 'Tageno, Ansbert und die Hist. peregr.' (Graz* 1892*) p.* 170—176. 4) *'N. Archiv' XVI, p.* 285 *sqq.* 5) *Usus sum textu eius auxilio omnium codicum qui exstant emendato.*

Iam maxime necessarium est, ut hic libellus omnibus subsidiis emendatus in publicum emittatur. Nam L. A. Muratorius, SS. R. Ital. VI, col. 1193—1195. *ea tantum, quae codex A continet, tamquam partem libri, cui Radulfi nomen inscripsit, edidit, G. H. Pertz quidem codicibus A. B. P usus integrum libellum exhibuit SS. XVIII, p.* 378—381. *tamquam alteram partem Annalium Mediolanensium maiorum, sed codicibus A et B male exscriptis, hoc mendosum exemplum codicis Codagnelliani, quod iusto maioris aestimavit, ut in Gestis Federici in Lombardia ubique fere secutus est, ne codicis A quidem varia lectione integra adnotata, Sicardo ac Pipino neglectis*[1].

Cum Gesta Federici in expeditione sacra ad nos tantum pervenerint coniuncta cum Gestis Federici in Lombardia, conici posset utrumque libellum ab eodem auctore compositum esse. Ac concedendum quidem est simili stilo utrumque conscriptum esse. Etiam in utroque vox quaedam (baldaciter) *a lexicographis in aliis libris hucusque non inventa occurrit. At Sicardus episcopus Cremonensis cum Gesta in expeditione sacra in chronicis suis exscripserit, Gestis in Lombardia non usus est, illa igitur sola in codice suo legisse videtur. Cum autem Sicardus Chronica sua iam a.* 1201. *vel paulo post conscripsisse videatur, Gesta in ultimo decennio saeculi XII. composita esse inde efficitur. Quisquis vero fuit auctor eorum, certe Italicus fuit, cum sermone magis Italico quam Latino libellum hunc confertum verbis Italicis conscripserit. Qui quidem ipse illi expeditioni non interfuit, sed libellum a socio quodam expeditionis sacrae compositum exscripsit.*

Nam, ut nuper exposui[2], *Iacobus Aquensis ordinis Praedicatorum Cronicae ymaginis mundi circa a.* 1334. *conscriptae longam uberemque relationem expeditionis sacrae Friderici I. imperatoris inseruit, quae plerumque et rebus narratis et verbis cum Gestis congruit. In relatione a Iacobo exscripta is qui res narravit se ipsum in exercitu imperatoris fuisse, proeliis itineribusque interfuisse saepissime dicit, multis verbis inediam ac labores, quos passus sit, conquestus. Hunc librum inscriptum fuisse Historias Fredericas in tribus chronicis*[3] *laudatas loco citato iam exposui.*

Quae ratio inter libellum a Iacobo exscriptum et Gesta Federici intercedat, difficile est perspectu. Cum enim uterque

1) *In verbis scribendis hoc in libello cod. B ubique fere secutus sum, vide quae supra de ratione orthographica codicum supra p.* 7. 11. *exposui.* 2) *'N. Archiv' XVII, p.* 503—510. 3) *Gilberti Chron. rec. D, SS. XXIV, p.* 134, *n.* ††; *Chron. pont. et imp. Mant., SS. XXIV, p.* 217; *Chron. Turon., SS. XXVI, p.* 463.

libellus plurimis quidem rebus conveniat, sed modo hic, modo ille plura vel veriora tradiderit, tres habes rationes ad quaestionem solvendam. Aut enim statues ab auctore Gestorum solum eum libellum, quem Iacobus exscripsit, adhibitum, sed a Iacobo multa mutata, multa omissa esse; aut, cum quidem a Iacobo quaedam mutata esse concesseris, ab auctore Gestorum tamen alterum etiam libellum incognitum lectum exscriptumque esse[1]*; aut, si neutrum tibi placuerit, Iacobum libellum illum retractatum, immutatum, depravatum legisse, ab auctore Gestorum genuinum purumque libelli illius textum adhibitum esse censebis. Quod ut lector ipse diiudicet, hanc partem Cronicae ymaginis mundi, hucusque immerito neglectam, in qua sane multa notatu dignissima legantur, una cum Gestis edendam duxi. Ad quam recognoscendam tribus qui exstant codicibus usus sum*[2]*:*

A) codice bibliothecae Universitatis T a u r i n e n s i s *G. II.* 34 *(Pasini nr.* 589*) chart., saec. XIV.*

B 1*) codice eiusdem bibliothecae* T a u r i n e n s i s *I. II.* 22 *(Pasini nr.* 505*) chart. fol. max., saec. XV.*

B 2*) codice bibliothecae Ambrosianae* M e d i o l a n e n s i s *D* 526 *inf., chart. fol. max., saec. XV.*

Ex codice A Iacobi cronica edita est a Gustavo Avogadro inter Monumenta historiae patriae, Script. III, col. 1359 *sqq., ubi haec relatio col.* 1561—1567. *legitur.*

B e r o l i n i a. d. VIII. Idus Decembr. a. 1891.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Quod quidem mihi persuasum habeo. Cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 506 *sq.*
2) *De codicibus vide quae exposui 'N. Archiv' XVII, p.* 496 *sqq. Ibi quidem codicem Mediolanensem B* 1 *signavi, cum codex Taurinensis I. II.* 22 *fragmenta tantum cronicae contineat. Sed cum hic relationem expeditionis sacrae hanc integram praebeat ac codici Mediolanensi multo praestet, eum priore loco posui.*

A (Sire Raul).

Tempore quo Dei templum
1187. fedaverat Saladinus, Yerosolimitanamque[a] vero invaserant civitatem Turci et christianam exercitu cum magno dissipavere plebem, displicuisse Deo videtur tirannum scelus tale fecisse, ut quidem ecclesiam conculcaret catholicam. Et eam qui coluere auribus insonuit christianorum vocibus orbe diffusis
p. 378. terrarum, quibus in locis
1189. christianus, quibusque[b] in
Apr. 23. locis fidelis degisset, quoniam[c] Turcorum gens iniqua fideles[d] Surianas sibi omnes usurpaverat partes. Per[e]
1188. idem tempus Romanorum preclarus nomine Federicus
*p. 379. imperator ac semper augustus in partibus Hierosolime trans[f] mare decrevit dirigere iter. Assumensque[g] crucem nutu[h] favente divino Theutonicorum acie cum magna milium XC armatorum pugnantium

B (Iohannes Codagnellus).

GESTA FEDERICI IMPERATORIS.

[In[i] festo sancti Georgii[1]] levavit imperator Federicus signum crucis domini nostri Iesu Christi MCLXXXVIIII. ab eiusdem incarnationis anno. Exivit autem cesar de Alamania et venit in Ungaria. Ibi fertur[k] eum *habuisse XC milia militum pugnatorum armatorum. Rex vero Ungarie honorifice et pacifice recepit eum, et in pace transivit per totam Ungariam.

a) yerosolimitamque *A.* b) quisque *A.* c) Quo *A*, *in archetypo* q$\overline{uo}$ (= quoniam) *scriptum fuisse videtur.* d) gens in qua fidelis Surianus *A.* e) Et *A* (Ᵽ *facile in* Et *corrumpi potuit*). f) terras *A.* g) Asserensque *A*; *corr. Murat.* h) Theut. nutu fav. div. acie *A.* i) *uncis inclusa des. B (ubi* Gesta Federici imperatoris. levavit *nigro atram. scr.), ex P suppleri.* k) *sic P;* fecerunt *B*; dicitur *Sicard.*

1) *Hoc die imperator non crucem assumpsit, sed ut exercitus crucesignatus ad expeditionem conveniret, statuit; quem annalistam Placentinum ex codice suo Codagnelli sumpsisse mihi persuasum habeo, cum in B quaedam deesse appareat, omissa fortassis, quod in exemplari a B descripto haec minio exarata essent.*

EX IACOBI AQUENSIS CRONICA YMAGINIS MUNDI.

Supradictus[a] imperator Fredericus primus, qui dicitur Barbarossa, debellatis omnibus suis inimicis in Ytalia et posito imperio in pace, vult ab astrologis cognoscere de suo fine. Qui omnes concordant[b], quod morietur et suffocabitur in aqua. Ipse vero omnino erat voluntarius ire ultra mare contra Sarracenos. Et timens transire mare propter prophetiam mortis sue, ordinavit ire per Ungariam et per Tratiam[c] versus aquilonem[d], per terram ire in Ierusalem cum maximo exercitu militum et peditum et per vias gravissimas et montes quasi inmeabiles. Relinquit[e] enim loco sui in imperio duos filios suos, silicet Henricum[f] primogenitum et Philippum[g] minorem, ad custodiam imperii.
Tertium autem filium medium, silicet ducem Suevie[h], ducit 1189.
secum, qui dicebatur Fredericus secundus. Et anno Iesu Christi MCLXX.[1] est in Ungaria cum rege Ungarie, amico suo, habens ibi secum totam suam comitivam[i], silicet militum in armis LXXXX^{M}[k], exceptis roncinis, qui honera portabant, et mulis[l] grossis. Fuerunt enim ibi peditum sagitariorum cum arcubus X^{M}, cum balistis vero parvis, mediocris[m] et grossis X^{M}. Et sic de Ungaria capit iter versus aquilonem per terram cum comitiva[n] predicta et episcopis et aliis clericis multis. Et quasi pervenit ad montes Caspios et paludes Meotides, volens vitare pro posse omnem transitum[o] aquarum, ut melius faciat iter suum.

a) rex *add., sed del. B* 2. b) cū cordant *B* 1. 2. c) trāciam *B* 1. 2. d) aquilone *B* 2. e) Reliquid *B* 1. 2. f) hn̄rricum *A.* g) phylipum *B* 1; philipum *B* 2. h) sueuiē *B* 2. i) cōmitinam *B* 2. k) CLXXXX^{ta} (milia *in marg. suppl.*) *A.* l) mullis grosis *A.* m) *sic codd.* n) cōmitina *B* 2. o) terram scitum *A.*

1) *Omnino falsa est in gestis Friderici I. Iacobi computatio annorum.*

A.

1189. aditum[a] Ungarie in primo magno cum favore habuisse fertur. Rex vero tunc Ungarie[1] magna cum gente triumphali eum recepit amore sereno. Imperator ille nobilis Ungariam transisse testatur sine tumultu. Igitur Romanus agustus ad Constantinopolitanum Cursacum nuntios[b] direxit episcopum Monasterii[c. 2] et comitem Robertum de Nashu[d. 3], ut ei transitum regionis preberet sine timore.

B.

Miserat Romanus imperator ad Cursacum[e] Constantinopolitanum imperatorem nuntios, scilicet episcopum Monasterii[f] et comitem Robertum, ut eum[g] reciperet in pace.

Ipse vero eos detinuit et preparavit tres magnos exercitus et misit eos[h] contra eum ad introitum Burgarie[i], ut[k] dissiparent[l] viam ante eum. Erat[m] enim[n] maximum nemus itinere dierum quatuor et via artissima. Preses vero Burgarie, cum videret[o] se non posse imperatori resistere, cum exercitibus suis[p] totam viam dissipavit et nemora contra eum stravit[q]. In exitu vero nemoris magnam munitionem[4] fecit, cum[r] exercitibus illis[s] ad pugnam[t] cum cesare se preparavit. Imperator vero per nemus maximo[u] labore viam fecit. Dux vero de Suave[v], filius imperatoris, precedebat cum suo exercitu; et cum invenisset munitionem et exercitum[w], cum eis pugnavit[5] et maximam multitudinem illorum interfecit et munitionem destruxit. Transivit

a) additum *A.* b) dimisit *add., sed del. A.* c) monasteri *A.* d) *sic Sicard.;* Vascha *A.* e) iursacum *P*; ursacum constantinopolitano imperatore *B.* f) monesterii *B.* g) *sic P;* illum *Pipin.*; eos *B.* h) *sic B. P; deest A.* i) *sic B. P. Sicard., infra etiam A;* Bulgarie *A h. l.* k) detinerent (detineret *B*) eum et *add. B. P.* l) dissiparet *A*; disip. *B h. l. et infra.* m) *sic A. Sicard.;* Est *B. P.* n) enim ibi *P. Pipin.*; autem ibi *Sic.* o) *sic A. P;* Burg. ut detineret *B.* p) illis *B*; totis ex. totam *P.* q) contra construxit *B. P.* r) et *B*; et cum *P.* s) suis *B. P.* t) pugnandum *B. P.* u) *sic A. P. Pipin.;* nimie *B.* v) suauia *B.* w) mun. exercitus *B.*

1) *Bela III.* 2) *Hermannum II.* 3) *Plures legati fuerunt. Sed eosdem duos tantum nominant Panthei Cont. Eberbac., SS. XXII, p.* 345*; epistola SS. XX, p.* 494. *edita; Ann. Mellic. Cont. Zwetl., SS. IX, p.* 544. 4) *Haec munitio ea videtur fuisse, quam reliqui auctores tertiam clusuram dicunt, portae S. Basilii, i. e. fauces nunc dictae Derbend; cf. Riezler in 'Forschungen z. D. Gesch.' X, p.* 33. 5) *Immo viso primo agmine ducis Graeci munitionem reliquerunt, ut reliqui auctores referunt.*

DE PRIMO IMPEDIMENTO QUOD HABET[a] IN ITINERE SUO.

Mittit enim imperator Fredericus, postquam de Ungaria recessit[1], nuntios ad imperatorem Constantinopolitanum per mare velociter, quod vadit pacifice. Et vocabatur imperator Constantinopolitanus Cursacus[b]. Ambaxiatores autem[c] imperatoris Frederici erant[d] episcopus Monasticus et comes Robertus. Et quod eum cum suo exercitu velit pacifice recipere. Quod ut audit imperator Constantinopolitanus predictus, ambaxiatores ponit in districtu, ut non revertantur[e] ad imperatorem Fredericum. Et ultra hoc congregat[f] maximum[g] exercitum et omnes vias et passus destruit et munit, ne imperator Romanus possit transire. Et inpedit viam imperatori et[h] introitum Burgarie, ubi est via montuosa, gravis et artissima et nemus itinere dierum trium. In quadam enim valle, per quam exercitus imperatoris Frederici debet transire, ponit quandam magnam aquam et ultra aquam facit maximum exercitum hominum, et ibi contradicunt imperatori Romano fortissime. Dux vero Suavie[i], filius imperatoris, semper precedebat cum V milibus equitum et cum[k] V milibus peditum sagitariorum per unam dietam totum exercitum imperatoris. Et animalia comestibilia et que portabant victualia sequebantur. Ultimo veniebat exercitus magnus cum imperatore Frederico. Et ultimo ad custodiam[l] omnium et post omnes duo milia equites in armis totam caudam exercitus restringebant. Pugnat filius imperatoris Frederici contra inimicos, qui volunt viam impedire, et debellat eos et maximam multitudinem occidit de illis Burgaris et Grecis. Et omnia arma et spolia eorum accipiunt et destruunt eorum munitiones. 1189.

a) habuit *A*; *omnes rubricae des. B 2, spatio vacuo relicto eis minio inserendis.* b) crescentius *A.* c) ut *B* 2. d) erat *B* 2. e) reuertatur *B* 2. f) congregauit *A.* g) magnum *B* 1. 2. h) in introytu *B* 2. i) sanxonie *B* 1. 2; sansonie *del. et in marg. scr.* suauie *corr.* sueuie *A. Iacobum quidem* Sanxonie *hoc loco scripsisse constat, sed nescio an hoc ipse in margine correxerit.* k) *deest B* 2. l) custidiam *B* 2.

1) *Minime postquam de Ungaria recessit, sed iam e Germania misit hos nuntios a.* 1188. *Iacobus hunc errorem intulisse videtur, cum Gesta Fed., praesertim rec. B, eum non habeant.*

1189. autem Romanus[a] imperator et venit ad civitatem que dici-
(Aug. 24). tur Philipensis[b] et[c] oppugnavit[1] et[d] cum omnibus divitiis[e] cepit, et ibi duodecim ebdomadas permansit.

Postquam[f] Constantinopolitanus imperator[g] audivit, quod Philipensis[b] capta erat[h], nuntios cesaris[i] dimisit et verba[k] in hunc modum mandavit[l]: 'Mandat tibi, Romane[m] imperator, Cursacus se esse[l] bene sanum'[2]. Audivit[n] autem soldanus de Cunio, quod imperator[o] esset Philipis[p]. Misit ei salutem, et quod baldaciter[q] per totam suam terram transiret.

A.	*B.*
Qui misit ei nuncios, qui debeant eum ducere per totam suam terram[3].	Et nuntios misit, qui ducerent[r] eum.

(Nov. 5). Dimisit[s] autem[t] ibi[u] cesar partem exercitus sui[u] et
(Nov. 22). post dies decem[v] occupavit[w] Andrinopolim[4]. Turchi vero[x] et Greci fugerunt[y] ante faciem[z] eius et relinquerunt[a] civitatem. Misit vero cesar[b], ut pars exercitus Philipense[c]
Dec. 25. relicta secum[d] veniret dominice festum nativitatis celebratura[e. 5]. Eo[f] ibi morante Grecus imperator preparavit maximum[g] exercitum[h] Turchorum[i] et Grecorum et misit eum de montana[k] contra imperatorem. Federicus vero[l] imperator misit filium[m] suum ducem cum mille[n] militibus
Nov. 24. et quibusdam sagittariis, et[o] preliatus est cum eis et eos

a) magnus *A.* b) *sic A (cf. Iac.);* Philippis *Sic.*; philipis *P*: philippus *B.* c) eam *add. B. P.* d) *sic A. P; deest B.* e) ducis *A.* f) autem *add. B. P. Pipin.* g) episcopus *del. et superscr.* imperator *A.* h) esset *B. P. Pipin.* i) *sic B. P;* cesareos *A.* k) uerberans *B*; uerberatos *P.* l) *sic B. P; deest A.* m) *sic A. P;* romanus *B*; Romanorum *Pipin.* n) Audivit — transiret *om. A.* o) Fredericus *add. P.* p) *sic P;* philippus *B.* q) *sic corr. Pertz, quod verbum in Gestis Fed. supra bis usurpatum est, ubi (p. 18) codex Codagnelli etiam semel* blandaciter *habet;* blandaciter *B*; blandiciter *P.* r) *sic P;* duxerunt *B.* s) *sic A. P;* misit *B.* t) *sic A. P; deest B.* u) *deest B. P.* v) decem dies *P*; p. aliquot dies *B.* w) *sic A. P;* civitatem *add. B.* x) *sic A. P; deest B.* y) fugierunt *B.* z) a facie *B. P. Pipin.* a) *sic A. B.* b) Misit imperator *B*; M. Romanus imperator *P.* c) rel. philippus *B*; rel. civitate Philipensi *P.* d) *deest B;* ven. ad eum *P.* e) celebritari *A*; ven. et ibi dominicam in civitate celebraverunt *B*; ubi domini natalitia celebravit *Pipin.* f) Ergo *A.* — ibidem *B.* g) *sic B. P. Sic. (Iac.);* magnum *A.* h) *deest A.* i) *sic A (ubi saepe* Turci*) et Iac.;* Grec. et Turch. *B et Sic. (Pipin).* k) mundana *B.* l) *deest B.* m) ducem f. s. *B.* n) *sic B. P. Pipin.; deest A.* o) *sic B. P; deest A.*

1) *Immo civitatem ab incolis relictam invenit.* 2) *Cf. Chron. regia Col. p.* 145: ei demandavit se salvum esse et nichil aliud. 3) *Hi nuncii demum a.* 1190, *Febr.* 17. *Adrianopolim venerunt Tagenone referente.* 4) *Relicta Philippopoli Nov.* 5. *demum Nov.* 22. *Adrianopolim venit.* 5) *Hoc verum non esse potest, cum Tagenone teste pars exercitus in civitate Philippopoli relicta demum a.* 1190, *Ian.* 15. *inde profecta Adrianopolim die Febr.* 6. *advenit.*

POST MULTA IMPEDIMENTA CAPIT IMPERATOR FREDERICUS PHILIPPENSES[a].

Postquam[1] autem transivimus prima inpedimenta supra 1189. posita, venimus ad civitatem quandam Grecie, que dicta est *(Aug. 24).* Phylipope[b], quam fecit primo rex Philippus[c], et dicitur modo Philippis[d], in sacra autem pagina[e] Philippenses. Et illam expugnando cepimus violenter, que erat tota ditissima auro et[f] argento et vestibus preciosis. Et omnes de exercitu Frederici sunt ditati[g]. Et ibi sumus in gaudio per tres menses[2]. Audit imperator Constantinopolitanus[h], quod[i] est capta Philippenses, dimittit ambaxiatores, quos tenebat, predictos de nostris et imperatori Frederico scribit blande dicens: 'Mandat tibi imperator Constantinopolitanus[3] Cursacus[k] bene valere ad servitium tuum'. Et hoc scribit fraudulenter. Etiam soldanus Sarracenorum misit imperatori Frederico litteras et nuntios cum salute, qui eum ducerent et dirigerent per itinera. Et hoc[l] etiam fraudulenter facit. Venit autem post decimum diem imperator Frederi- *(Nov. 22).* cus Ardenople[m], que est bona civitas Grecie, et illam cepimus[4]. Et dum essemus in Ardenople[m], venit super nos maximus exercitus Turchorum et Grecorum per montana. *(Nov. 24).* Contra quos preliatur dux Suavie et fugavit omnes, et etiam

a) phylipenses *B* 1 *h. l. et infra B* 1. 2. b) phyloppee *A.* c) phylipus *B* 1. 2. d) phylipis *B* 1; et d. m. Ph. *om. B* 2. e) ad *add. A*; scribitur *add. B* 2. f) *deest B* 2. g) dictati *B* 1. 2. h) 9statinop. *B* 1. i) h[a] ciuitas *add., sed del. A.* k) cresentius *A.* l) h̄ *B* 2. m) ardenopple *A.*

1) *Ab hoc capite Iacobus verba Historiarum Fred. plerumque reddidisse videtur.* 2) *Ab Aug.* 24. *usque ad Nov.* 5. *imperator Philippopoli moratus est, non plenis* 11 *septimanis; quocum auctorem huius relationis Adrianopolim profectum esse infra apparet.* 3) *In Hist. Fred. procul dubio* Romanus *scriptum erat, pro quo perperam in Gest. Fed.* Romane *scriptum est. Ansbertus enim refert principes offensos fuisse, quod Isaac in litteris se imperatorem Romanorum appellaverit.* 4) *Recte in Gest. Fed. dictum est civitatem ab incolis relictam esse.*

1189. superavit; et[a] fugerunt et clauserunt se[b] intra menia[1].
Descendens[c] autem de equo cum omni exercitu menia[d]
cum omnibus maxima vi cepit[e] et omnes obtruncavit. Sed
tunc XII[f] Turchi quandam munitionem ceperunt et ibi
mirabiliter restiterunt, ita quod eos capere non potuerunt,
1190. *(Febr. 14).* quoadusque[g] igne cremaverunt[2]. Deinde Grecus imperator
post septem dies[3] misit nuntios XVI de melioribus[4], quos
habebat, ad Romanum[h] imperatorem[i], dicens se velle dare
transitum, et quod iret securus per totam suam[k] terram.
Federicus[l] imperator cum libenter vellet ad expugnandum
Constantinopolim ire[m], tamen habito conscilio[n] principum
viam rectam obtinuit, ut quam citius posset venire in auxi-
lium christianorum. Tunc cesar petiit a Greco obsides, et
(Febr. 27). ille misit[o] XII, qui perduxerunt[p] eum Galipolin[q], et ibi
transitum habuerunt. Constantinopolitanus[r] rex[s] amplius
(Mart. 24-28). dedit eis[t] naves, quas[u] promiserat[v], ita quod per quinque[w]
(Mart. 22. 23). dies transierunt. Dux vero cum omni exercitu prius[x] trans-
(Mart. 28). ivit, imperator vero in quadam galea cum sagittariis et
balistariis[y], ballistis[z] extensis retro[a] transivit. Post trans-
(Apr. 18). itum vero venerunt[b] Philadelphym[c]; et quia dux[d] ille
nolebat[e] dare forum, Theothonici[f] preparaverunt se ad
bellum[g] cum[h] eo et maximum prelium fecerunt. Dux[i]
vero Philadelphys[k] preparavit[l] se ad preliandum[m] cum im-
peratore. Videns autem[n] multitudinem exercitus impera-
toris, et quod[o] non posset resistere, venit[p] ad imperatorem
et[p] promisit ei dare[q] forum, et si vellet intrare[r] in civi-
tatem, intraret[s] cum paucis[t]. Intravit imperator cum

a) eum *A.* — fugierunt *B.* b) *sic B. Pipin.; deest A.* c) *sic B. P. Pipin.;* Descendit *A.* d) neniam *A.* e) maximam incepit *A.* f) Sed cum concii *A.* g) eos *add. B. P.* h) *sic P. Sic. Pipin.;* manum *B*; magnum *A.* i) *sic A. P. Sic. Pipin.; deest B.* k) *sic A. P;* terr. s. *B.* l) vero *add. B. Pipin.* m) *sic B. P;* inire *A.* n) consilio principium *A.* o) ei *add. B. P.* p) *sic B. P. (Sic.);* produxerunt *A.* q) Galipolim *A.* r) Cōster *B*; Constantinus *P.* s) imperator *B. P.* t) ei *B. P.* u) quam *P.* v) *sic A. P*; promisit *B.* w) *sic A et Sic.* (quinque diebus); unum diem *B. P cum Iac.* x) *sic P* (prior *Sic.*); primus *A*; pr. tr. imp. v. *om. B.* y) balest. *B.* z) *deest B. P.* a) *sic B. P;* recte *A.* b) *sic A. Sic. (P. Pipin.);* habuerunt *B.* c) *sic Sic.;* philedelphym *B*; philedelfim *P*; Philadelfiam *A.* d) et qua ductus *B.* e) uolebat *B.* f) Teutonici *A.* g) prelium *A.* h) et ex eis max. fec. pr. *B*; cum eis *P.* i) Dictus *B.* k) philedelphys *B*; Philadelphie *A.* l) preparat *B.* m) pugnandum *B. Sic.*; expugnandum *P.* n) *deest B. P.* o) cum *B.* p) *deest B.* q) f. d. *B.* r) intr. in *des. B.* s) *sic A. P;* intrare *B.* t) *sic A. P. Sic. Iac. Pipin.;* pace *B.*

1) *Oppidi Demoticae. Cf. Chroust, 'Tageno, Ansbert und die Hist. peregr.' (Graz* 1892*) p.* 136. *Haec de oppido capto, quae Gesta Fed. habent, etiam in Hist. Fred. extitisse, sed a Iacobo omissa esse opinor.* 2) *De hac turre, de qua capta apud Iac. melius relatum est, cf. Chron. regia Col. p.* 147. 3) *Nimium deprehendis errorem. Demotica oppido a.* 1189, *Nov.* 24. *capto, hoc a.* 1190, *Febr.* 14. *accidit.* 4) *Immo tres tantum teste Ansberto; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 506.

in maxima multitudine occidimus. Tunc autem XII[a] Turchi 1189.
quandam munitionem capiunt et viriliter defendunt. Nec
potuimus eos vincere nisi cum maximo labore et igne. Tunc 1190. *(Febr. 14).*
imperator mittit nuntios suos imperatori Frederico, quod
nobis vult dare transitum per totam suam terram; et nisi
hoc fecisset, cepissemus Constantinopolim violenter. Petit.
imperator Fredericus obsydes de Grecis, quod servabunt
sibi promissionem. Et mittit sibi imperator Constantino- *(Febr. 27).*
politanus XII barones[b] magnos, qui stant nobiscum. Et
ducunt totum exercitum cum imperatore ad magnam civitatem Grecie Galpolim. Etenim[c] apud Galpolim pessimus et gravis transitus. Et non potest transiri alibi nisi cum periculo vite, quia ibi sunt paludes et montes altissimi, super quas non potest ascendi.

TRANSIT FREDERICUS PALUDES GALPOLIDES.

In transitu paludum Galpolidum habuimus tot naviculas, quod in una die[1] transivimus omnes, excepto quod
dux Suavie per antediem transivit cum V milibus equitum *(Mart. 22.23).*
et totidem peditum sagitariorum[2]. Imperator autem Fre-
dericus[d] habuit ad transeundum galeam unam magnam et *(Mart. 28).*
fortem, quia non confidebat de Grecis. Et ideo ita omnes ibamus cum armis paratis et balistis extensis, ac[e] si inimici essent ibi.

VENIMUS AD CIVITATEM PHYLADELFIAM[e].

Post transitum vero istum gravissimum venimus ad
civitatem Phyladelfiam[f], et nolebant nobis vendere victua- *(Apr. 18).*
lia. Et ideo preparant se Theotonici ad bellum contra Grecos; et in isto[g] bello fecimus eis maximum dampnum, et etiam ipsi nobis. Iterum preparant se Greci ad bellum nobiscum. Et tunc supervenit imperator Fredericus cum exercitu magno. Quod videntes Greci de Philadelfia[h] dant nobis forum[i] de[k] victualibus. Intrat imperator Fredericus civitatem illam cum paucis, et exercitus totus extra re-

a) t̊l *del.* *B* 2. b) m. b. *A.* c) Et. ap. G. *om.* *A. B* 2. d) feder. *h. l. A.* e) hac *B* 1. 2. f) filadelfiam *A h. l.* g) et init° *A.* h) phyladelphya *h. l. B* 1; phyladelfia *B* 2. i) fetū *B* 2. k) omnibus *add.* *B* 2.

1) *Rectius Gesta referunt exercitum quinque (revera sex) diebus fretum transiisse. Sed verum hoc esse posset, si auctor dicere voluit suum agmen una die transiisse.* 2) *Ipsum ducem in coena Domini (Mart.* 22*), agmen eius in parasceue (Mart.* 23*) transiisse Ansbertus tradidit; quod Chron. regia Col. p.* 148. *confirmat.*

1190. quibusdam[a], exercitus extra[b] remansit. Sed quia Greci pernimium[c] dicebant eis carum forum, crevit[d] inter eos magna lis[e], et[f] inierunt bellum et certaverunt per duos dies et duas[g] noctes[1] absque[h] voluntate imperatoris. Videntes[i] autem Greci se vinci fugerunt in civitate et muni-
*p. 380. tiones civitatis *ceperunt. Postea[k] inierunt[l] pactum et dederunt eis bonum forum; sed porrigebant cum funibus in canistris[m] et paneriis[n], et ipsi eodem modo porrigebant[o]
(Apr. 22). eis nummos. Exiit[p] autem[q] imperator de civitate Philadelphym[r]·*. Postea[s] dux dedit ei nuntium, qui debebat eum ducere, et duxit eum per montana et nemora, et[t] non invenerunt victualia[u] per duos dies. In exitu vero nemoris invenerunt quosdam Grecos et Armenos, qui dederunt eis illud forum, quod potuerunt. Post hec invenerunt Turchomanos[v] de Baria[w]. Sunt enim agrestes Turchi, qui nullo[x] detinentur imperio et nulla loca possident, sed morantur in agris. Qui[y] maximum et infinitum[z] exercitum congregaverant[a], ita quod sperabant se posse superare imperatorem et habere omnia sua; et pugnaverunt cum eo per[b] quatuor ebdomadas die noctuque, ita quod exercitus imperatoris semper incedebat armatus.

A.	*B.*
Exercitus vero imperatoris magnam multitudinem ex eis interfecit. Interfecerunt etiam quendam amiratum, magistrum militie eorum.	Et interfecit ex eis maximam multitudinem et quendam amiragium[c], magistrum militie eorum.

*) *B addit:* Videns dictus[d], quod non posset resistere, venit ad imperatorem et permisit[e] dare forum et omnia que posset[2].

a) in ciuitatem et *add. B. P.* b) *sic B. P. Iac.; deest A.* c) periurum *A.* d) crescit *B.* e) eos magralis *B*; cr. m. lis intra *A.* f) et — certaverunt *om. A.* g) *deest B et Sic.* h) ex *add. A.* i) Videntes — civitate *om. B, sed ea in cod. Codagnelli fuisse ostendit textus Pipini.* k) et p. *B.* l) innuerunt *A.* m) canestris *A.* n) paneariis *A*; in pan. *B.* o) portabant *A.* p) Exivit *A.* q) postea *B.* r) philedelphym *B*; Philadelfie *A.* s) et p. *B.* t) *deest A.* u) vict. — invenerunt *om. A.* v) Turcomanos *A*; turchosmanos *B*; turchos inv. manos *P*; Turcos, Marios *Pipin.* w) Berza *A*; Betia *Sic.*; barias. nagestes turchi *B*; Debarias et Nagestes *Pipin.* x) *sic A. P. Sic. Iac. Pipin.;* in illo *B.* y) *sic B. P;* Ii *A.* z) *sic B. P. Pipin. (Sic.);* max. ex. inf. *A.* a) *sic A. Pipin.;* congregauerunt *B.* b) *sic B. P. Sic.; deest A.* c) *sic P et B infra;* admir. *B h. l.* d) dux *legendum.* e) promisit *legendum.*

1) *Sane hoc falsum est. Pugna exorta mox et certe eodem die sedata est.*
2) *Haec perperam addita esse patet.*

mansit. Faciunt nobis forum carissimum de omnibus victualibus, et ideo oritur inter nos et Grecos maxima discordia, et contra voluntatem imperatoris cepimus civitatem[a] expugnare[1]. Imperator autem non poterat conpescere Theotonicos[b]. Quod videntes Greci et timentes dant nobis de omnibus bonum forum. 1190.

DE ALIA GRAVISSIMA[c] VIA PER DESERTA.

Postea recedimus de Philadelphia[d], et dat nobis dux *(Apr. 22)*. civitatis Grecos, qui nobis viam[e] ostendant. Et ducunt nos per vias gravissimas et nemora et per[f] deserta. Et non possumus invenire victualia, et sic fuimus[g] in maximis famis angustiis et tribulationibus per dies multos. Et comedimus erbas sicut bestie. In exitu enim illius deserti invenimus Grecos et Armenos, et dant nobis victualia carissima et pauca; quare[h]? quia non habent[2]. Et cum magna fame ab eis recedimus. Vivunt enim sicut bestie.

MODO HABEMUS ALIUD PRELIUM TURCHORUM.

Post hec invenimus Turchos et Grecos infinitos, agrestes, duros et magnos, qui nullo detinentur imperio. Illi Turchi vocantur Bariani. Non habent civitates, sed morantur in agris; habent etiam caput unum, qui illos precedit, habent animalia, fructus et pugnant cum arcubus, lignis[i] et lapidibus. Et in maximo exercitu veniunt contra nos et homines et mulieres. Et per IIII[or] dies et noctes non dimittunt nos famelicos in pace. Et tamen continue pugnando vadimus, comedimus erbas et non dormimus. Et cum gladiis evaginatis et in tali mortali peste quasi per mensem fuimus. De illis autem occidimus maximam multitudinem, et ipsi de nostris multos[k] occidunt. Iterum dux

a) ciuitates *A*. b) teothon. *h. l. B* 1. c) via gr. *B* 1. d) *sic h. l. A*; phyladelphya *B* 1; fyladelphya *B* 2. e) *in marg. suppl., signo posito post* ost. *A*. f) *deest A*. g) fuimis *B* 2. h) *deest B* 1. 2. i) ligneis *A*. k) *deest B* 2.

1) *Agmen Boemorum et episcopi Ratisbonensis civitatis portam quandam aggressum esse retulit Ansbert.* 2) *Haec dictionis figura Iacobo consueta est.*

1190. Restagnus[a] vero dominus illorum in quadam strictura[b] montium cum[c] infinito exercitu fuit ante imperatorem et non sinebat eum transire, sed misit[d] ad eum, quod non transiret, nisi daret ei centum somarios[e] auri et argenti honeratos[f]. Imperator vero respondit se libenter velle[g] dare ei[h] aurum et argentum, sed non nisi menolatum[i] unum[k]. Interea nuncii soldani[l], qui[m] ducebant[n] eos, dicebant[o] cito eos[p] esse in terra soldani, ita quod gens ista
(Maii 3). non valeret[q] eis amplius nocere. Tunc quidam amirandus[r] divino[s] numine[t] tactus[1] venit ad imperatorem et dixit ei[u] se ostendere bonam viam; et[v] quod mane erant preliaturi[w] cum eo; et si hoc non esset, amputaret caput ei[x]. Et duxit eum[p] per[y] montaneam, cum deberet ire per planitiem, quam[z] Turchi ceperant[a]. Precepit tunc imperator, ut omnes acciperent penitentiam, quia in mane erant
(Maii 4). preliaturi; mane vero[b] ceperunt montanea[c], sagittarios[d] et balistarios premisit; et pugnaverunt cum eis et multos [ex[e] eis] interfecerunt, sed ipsi desuper multos de nostris[f] impetierunt[g]. Et cum pervenissent[h] ad descensum[i] montis, non potuerunt descendere nisi relictis sarcinis[k] et alimentis. Sed cum[l] dux descendisset, ipsi[m] ita infestabant imperatorem[n], quod non poterat descendere. Dux[o] vero reversus simul cum imperatore[p] pugnavit cum eis, devicit eos, et dux ibi fuit percussus de quodam lapide et duos dentes amisit[2]. Postea transacto monte et relictis alimentis et

a) *sic P. Sic. et Iac.;* Restagus *A*; Regnās *B*; Rostagnus *Pipin.* b) *sic B et Sic. (Iac.);* stricta *A*; in quandam strictam *P.* c) *sic A. P. Sic. Pipin.; deest B.* d) immisit *A.* e) summarios *A. Sic.*; somerios *P.* f) *sic B. P. Sic. et Iac.;* onustos *A et Pipin.* g) *sic A. P; deest B et Sic.* h) *sic A. P;* et *B.* i) *sic Sic.;* manu latum *B. P*; manu laturum *Pipin.*; sed nisi immelonatum *A.* k) *deest B. P.* l) soldoni *B.* m) *sic A. P. Sic. Pipin.; deest B.* n) *sic B. Sic.;* dicebantur *A.* o) *sic P; deest A;* et dic. *B.* p) *deest A.* q) valuerunt *A*; amplius non posset ei noc. *B*; non posset ei ampl. *P. (Pipin.).* r) amiragius *B. P.* s) *sic B. P. Pipin.; deest A.* t) *sic P. Pipin.;* minime *B*; nomine *A.* u) se ost. ei *B*; illi se ost. *P.* v) *sic B. P; deest A.* w) *sic A. P;* preliati erant iam *B.* x) eius *B.* y) *sic A. P* (per montaneas). *Sic.* (per montana); ad montana *B et Pipin.* z) quam — acciperent *om. A.* a) *sic P;* operant (opāt) *B*; occupaverant *Pipin.* b) *sic B. P;* prel. manere unde *A.* c) montana *B.* d) *sic P; deest A (cf. Pipin. et Iac.);* sagittariis et balestariis *B.* e) ex eis *des. A.* f) uiris *B.* g) impedierunt *A*; interfecerunt *B.* h) peruenisset *B. P.* i) *sic P et Pipin.;* scensum *A*; exitum *B.* k) *sic A. P. Sic. (Pipin.);* n. reditis saracenis *B.* l) *sic B. P. Sic.; deest A.* m) et ipsi *A.* n) *sic B. P;* imperatori *A.* o) *sequentia omnia des. A — p.* 96. *l.* 1. p) patre *P.*

1) *Male hoc* divino numine tactus, *quod Iac. non habet, additum est. Ansbertus enim habet:* duce quodam Turco captivo, *et Hist. peregr.:* nutu divino unus ex hostibus, qui nuper in manus nostrorum inciderat, vinctus adducitur; *quod et Chron. regia Col. p.* 149. *confirmat.* 2) *Hoc etiam Hist. peregr. narrat, sed unum tantum dentem ducis fractum esse. Sed nostro assentit Ricard. Londin. c.* 23, *SS. XXVII, p.* 203.

eorum nomine Restagnus[a] venit contra nos cum maximo exercitu ad quandam magnam stricturam, et ibi sumus locuti cum eis, quod nos permittant transire pacifice. Et petunt a nobis centum equos honeratos auro. Quibus imperator derisorie respondit, quod dabit eis aurum manganatum[1]. Et cum isto pacto semper transibamus, donec fuimus extra terminos eorum cum non multo dampno nostro. Et post hec invenimus hinc inde de victualibus, licet multum caris. 1190.

DE QUODAM[b] MAXIMO ET DURO PRELIO, IN QUO FUIT PERCUSSUS DUX, FILIUS IMPERATORIS NOSTRI.

Post hec quidam armirandus magnus de illis partibus *(Maii 3).* venit ad imperatorem et dixit, quod nobis ostenderet bonam viam, 'tamen mane habebitis prelium maximum Turchorum et Grecorum'. Iste armirandus[c] cepit nos ducere per montes gravissimos, et tandem pervenimus ad cacumina montium[d]. Et ecce sequenti die versus planiciem venit *(Maii 4).* infinita multitudo Turchorum et omnium nationum contra nos ad prelium. Tunc omnes accepimus penitentiam et invocavimus auxilium salvatoris Iesu Christi[e]. Facto mane nostri sagitarii ordinate ceperunt antecedere exercitum, et devenimus ad inimicos. Et omnes fortiter — et imperator nobiscum — cepimus pugnare. Et habebamus omnes cruces in armis et vexillis. Et pugnando perdidimus omnia victualia et comestibilia. Modo dux Suavie cum sua gente probiter precedit preliando, et nos cum imperatore vivaciter[f] sequimur. Et cum pervenisset dux cum sua gente ad planitiem, barbari inimici fortiter invadunt imperatorem; [g]persequebatur[h] in tantum, quod non poteramus de monte descendere. Quod ut videt dux, revertitur cum sua gente ad nos, et tunc fit prelium fortissimum et durissimum per totum illum diem. Et cum lapidibus et sagittis ante et retro et in latere continue[i] impugnabant[k] nos. Et tandem fortiter percutitur filius imperatoris dux Suavie de lapide grosso super os et perdidit de primis duos dentes[l].

a) rostagnus *A.* b) quoddam *A.* c) almirandus *h. l. B* 1. 2. d) muncium *B* 1; nuncium *B* 2. e) dei *add. B* 2. f) uiuiter *B* 1. 2. g) et eum *in marg. add. A.* h) *sic A. B 2 (passive);* qui sequebatur *B* 1. i) cottidie *A.* k) impuguant *B* 2. l) dēptes *B* 1.

1) *I. e. mangana (machina iaculatoria) proiectum. Sed procul dubio Gesta hoc loco authenticam habent lectionem. Nam Arnold. Lubic. IV,* 12. *narrat Fridericum soldano Iconii dixisse se ei daturum esse* unum denarium qui manlat dicitur; *et Hist. peregr., quae quidem hoc aliquanto post accidisse narrat, imperatorem dixisse refert se largiturum Turcis* unum argenteum.

1190. sarcinis[a, 1], ductores soldani fugerunt ab eo. Imperator vero duxit eos per quandam planiciem per quindecim dies, sed non inveniebant ad comedendum, sed comedebant[b] equos. Cum in illis partibus agrestes Turchi putarent eos defecisse fame[2], preparaverunt se ad bellum cum peditibus
(Maii 7). et militibus, ut pugnarent cum eis. Imperator autem manu gravi devicit eos; sed maxima multitudo Turchorum fugerunt in quadam clausura[c]. Et Theothonici acceperunt ligna et igne conbuserunt eos; et deinde Turchi agrestes fugerunt et amplius non fuerunt secuti.

Altera vero die Melecrinus[d] filius soldani cum suo exercitu obviavit[e] imperatori et misit ad eum dicens: 'Revertere! Quid facere putas, cum amplius habeam vexilla quam tu milites?' Et cum pervenisset ad quendam pon-
(Maii 12). tem, Turchi fuerunt ante et retro. Dux vero precessit et pugnavit cum eis et devicit eos, imperator ex alia parte alios fugavit et maximam partem interfecit et pontem
(Maii 14). transivit. Deinde maxima et infinita multitudo Turchorum ex omni parte circuivit[f] exercitum christianorum, ita quod eundo expugnarunt eum undique die[g] noctuque per tres[h] ebdomadas[3]; et nichil habebant ad comedendum[i], nisi quod comedebant[i] equos. Postea dimiserunt eum ire. Per
(Maii 15). unum diem et noctem non[k] inveniebant aquam[4]; sed ceperunt quendam Turchum[l] et minati sunt ei amputare caput, nisi ostenderet aquam; qui ostendit eis aquam salsam.

a) *sic P (cf. supra p. 88, l. 20);* et sarc. *des. B*; sarcinas alimentorum *Pipin.* b) commed. *h. l. B.* c) quamdam clausuram *P.* d) *sic Sic.;* melocriuus *B*; meletrinus *P.* e) imp. obv. *P.* f) *sic P. Sic.;* creuit *B*; vallavit *Pipin.* g) nos *add., sed expunct. B.* h) *sic B. P et Pipin.* (trium), *quae igitur fuit lectio codicis Codagnelliani, sed vera videtur lectio Sicardi* quatuor, *cum Iac. Aq. habeat* per mensem. i) commed. *h. l. B.* k) *sic Sic. (cf. P et Pipin.); deest B.* l) *sic emendari ex Sic.* (Turclo quodam capto) *et P* (Capto . . quodam Turcho) *et Pipin.* (quodam ex Turcis . . captivo); quādam turbam *B.*

1) *Ab exercitu scilicet, ut ex loco superiore patet, non a nunciis, quamvis hi etiam res suas in castris reliquerint.* 2) *Miro modo haec, quae Iac. non habet, conveniunt cum Tagenone et Ansberto:* Turci existimantes nos omnino inedia extabuisse. 3) *Haec falsissime effecta sunt ex eis quae Iac. recte habet, ubi in universum labores mensis unius describuntur, cum hoc loco falso dicatur iterum ab hoc die (Maii 14) usque ad urbem Iconii captam (Maii 18) tres (vel quatuor) hebdomadas in fame exactas esse.* 4) *Tageno (Magnus Reichersp.):* castra absque gramine et aqua metati sunt. Sequenti mane, hoc est in Idibus Maii, sicut premortui itinerantes aquam in palustribus locis invenerunt.

Ductores vero nostri fraudulenter, cum essemus in prelio, 1190.
a nobis fugerunt[a]; et perdidimus omnia alimenta et cepimus comedere equos et mulos.

VADIMUS PER XV DIES SINE DUCTORE[1]. *(Maii 5—18).*

Imperator vero et dux cum maxima industria ceperunt ducere exercitum per illam planitiem diebus XV. Nec habemus quid comedere nisi equos[b], mulos et canes. Modo veniunt contra[c] nos Turchi salvati[d] et maximi in granda[e] *(Maii 7).*
multitudine et contra nos cum lapidibus pugnant, de quibus maximam gentem occidimus. Alii autem intraverunt quandam vallem, quos omnes occidimus, nec unus illorum evadit. Bene poteramus ire per mare cum minori labore, sed imperator nolebat[f] intrare mare nec aquam magnam.

VENIUNT SARRACENI CONTRA NOS.

Malatrinus[g] filius soldani Sarracenorum venit contra nos ad prelium cum gente magna et misit primo imperatori dicens: 'Revertere, revertere! Non poteris transire[h], quia in maiori numero habeo vexilla quam tu milites'. Et bene dicebat verum in duplo. Imperator vero non curavit de verbis illis, sed continue et audacter transiebamus et pervenimus ad quendam pontem[i]. Et ibi circumdederunt nos Turchi ante et retro. Cepimus contra eos pugnare et de- *(Maii 12).*
vincimus eos et pontem[i] transivimus. Iterum Turchi in *(Maii 14).*
multitudine revertuntur ad bellum et circumdederunt[k] nos ex omni parte, ita quod eundo continue pugnabamus cum gladiis et arcubus et lapidibus. Et sic fuimus[l] in pugna continua[m] et nocte[n] et die per mensem[2]. Et nichil habebamus comedere nisi modicum de equis, mulis, canibus et erbis salvaticis[o]. Aquam malam et amaram et venenatam sepe bibimus, que nos fortiter ledebat. Postquam autem transivimus istam pestem, devenimus[p] ad alium locum, ubi non erat aqua. Et invenimus quendam Turchum, tamen *(Maii 15).*
non vult nobis ostendere aquam. Ponimus illum ad penam[q] mortis, et tunc ostendit nobis aquam salsam, amaram, vene-

a) fugeut *A.* b) et *add. A.* c) c. nos *om. B* 2. d) *sic codd. pro* silvatici. e) *sic A. B* 1; magna *B* 2. f) nolebāt *B* 2. g) Malātrinus, *sed hasta compendii super* a *del. A.* h) trauscire *B* 1. 2. i) pōctem *B* 1. k) cir9derunt *B* 2. l) sumus *A.* m) continna *B* 2. n) die *etiam h. l. B* 2. o) *sic A;* saluatis *B* 1. 2. p) uenimus *B* 1. 2. q) pennam *B* 2.

1) *Sed die Maii* 10. *Turcum illum captum, de quo supra relatum est, itineris ducem fuisse Tageno refert.* 2) *Repetit hoc loco auctor, quae iam supra p.* 87. *de mense in inedia et laboribus exacto dixerat, videlicet a die Apr.* 22. *Philadelphia relicta usque ad diem Maii* 18. *capta urbe Iconii.*

1190. (Maii 17). Altera vero die fuerunt castramentati in cardinis Conii. Tunc soldanus misit ad imperatorem, quod ipse male intraverat in suam terram. Et imperator remisit ei, ut diceret, utrum vellet[a] dare forum an non. Respondit vero *p. 381. soldanus se[b] velle dare, sed ita *carum misit forum, quod christiani[c] non poterant sufferre; et preparaverunt se, ut pugnarent cum eis. Tunc episcopus Virciburgi[d. 1] fecit[e] penitentie contionem die Veneris pentecostes quatuor temporum[2] et ortatus[f] est eos ad bellum et precepit, ut omnes acciperent penitentiam et comederent[g] carnes ad hoc, ut firmiter pugnarent contra hostes. Dixerat enim ipse episcopus et quidam alii[3] se vidisse beatum Georgium pugnantem pro eis contra hostes. Unde omnes voverunt ieiunare Maii 18. vigiliam[h. 4] in pane et aqua. Armati vero ad pugnandum, filius soldani occupavit exercitum[i] retro; sed dux pugnavit contra civitatem[k] et magna vi intravit cum eis in civitatem et fere omnes interfecit. Imperator vero retro cum filio soldani pugnavit, infinitam[l] et innumerabilem multitudinem ex eis interfecit. Et reversus imperator hospitatus fuit cum filio in civitate. Erat[m] enim castrum fortissimum in (Maii 19). civitate, in quo soldanus cum quibusdam fugit. Mane ne-

a) *sic P. Pipin.;* uelle *B.* b) forum *add. P.* c) *sic P (Sic.); deest B.* d) mei burgi *B;* uiciburgi *P.* e) *sic P* (conc. fecit penit.); de nō cont. *B.* f) *ex P* (ortans) *et Pipin.;* ordinatus *B.* g) commed. *B.* h) eius vig. *Pipin.* i) imperatoris *add. P.* k) soldani *add. P.* l) et inf. mult. *P.* m) *sic P. Pipin. et Iac.;* Est *B.*

1) *Godefridus.* 2) *Recte* quatuor temporum, *quod Iac. omisit, Gesta habent, dies enim Maii* 16. 18. 19. *fuerunt quatuor temporum pentecostes.* 3) *Magis cum hoc loco quam cum Iac., qui imperatorem visionem habuisse scribit, convenit Chron. regia Col. p.* 150: Quibus autem Deus revelare voluit, ipsa die viderunt beatum Georgium, *ubi hoc in proelio die Maii* 14. *commisso factum esse scribitur, quo die s. Georgium a comite de Helfenstein visum esse tradit epistola SS. XX, p.* 495, *et Ansbert.:* s. Georgii . . . qui in anxietatibus nostris aliquotiens viris religiosis apparuit. 4) *Male omissum est* beati Georgii, *quod Iac. habet. Voverunt ieiunare hoc die (Apr. 22) posteris annis post reditum.*

natam[a], que nos et bestias nostras occidebat. Et parum omnes biberunt[b]. 1190.

VADIMUS SUPER TERRAM SOLDANI SARRACENORUM.

Post hec[c] intramus terram Sarracenorum in locum qui vocatur[d] Cardinis[e. 1]. Et tunc soldanus mittit imperatori nostro, quod male intraverat terram[f] suam. Imperator Fredericus non curans de verbis suis scribit ei dicens: 'Da michi victualia pro peccunia mea'. Et respondit soldanus, quod dabit; et dedit modicum, et non sufficiebat nobis. Tunc parat se imperator Fredericus pugnare contra soldanum. Sequenti die, qui erat die[g] Veneris[2], episcopus noster de Ciburg[h. 3] predicavit et dixit, quod omnes confiterentur[i] propter magnum bellum futurum, et quod quilibet in die Veneris comederet carnes, quia aliud non habebamus[k] ad comedendum. Et sequenti nocte dixit imperator, quod vidit in sompniis[l] beatum Georgium, qui illum confortavit. Et sumus omnes fortiter[f] animati ad bellum, et omnes fecimus votum ieiunare vigiliam beati Georgii. Cum autem[m] omnes essemus in crastino parati ad prelium, maximus exercitus Sarracenorum fuit contra nos retro. Contra quos[4] dux Suavie fortiter pugnando posuit cum maxima violentia in fugam. Et illis fugientibus et nostris sequentibus cepit dux Suavie unam civitatem[5] illorum et omnes quasi ibi interfecit, quos invenit. Imperator autem in alia parte fortiter pugnabat cum aliis Sarracenis, et illos etiam fugavimus et intravimus civitatem captam. Erat enim castrum fortissimum in capite civitatis, et ibi se recollegit[n] soldanus cum multis. Et videns probitatem nostre gentis

(Maii 17). Maii 18. (Maii 19).

a) ueneuata *B* 2. b) beberunt *B* 1. c) ħ *B* 2. d) uo | tur *B* 2. e) carduus *A*. *B* 2, *in marg. eadem manu* Carde *A*. f) *deest B* 2. g) *sic codd.* h) Ciburg' *A*. i) confitētur *B* 2. k) heām̄us (habeamus) *B* 1. 2. l) sompnis (is *e corr.*) *B* 1; sopnis *B* 2. m) *deest A*. n) recoligit *B* 2.

1) *Haec corrupta esse a Iacobo apparet. Recte Gesta habent* in cardinis (*i. q.* gardinis, *pro quo Sicard. scripsit* viridariis; *vide Ducange-Henschel s. v.* gardinus) Conii. *Cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 507, *n.* 2. *Cf. Tageno (Magnus Reich.): (Maii* 17*)* Ingressi . . . hortum et viridarium regium, *quod Ansbertus die Maii* 18. *factum esse scribit.* 2) *Die proelio praecedente orationem ab episcopo Wirziburgensi habitam esse refert etiam Hist. peregr. Sed cum proelium reliquis testibus die Maii* 18, *qui fuit Veneris commissum sit, oratio die Iovis, Maii* 17. *habita est. Et hoc die sacra esse habita etiam Tageno narrat. Auctor eo in errorem ductus esse videtur, quod episcopus, ut ipso proelii die sacro, qui fuit Veneris, carnes comederentur, permisit.* 3) *Iacobus nomen Wirciburg corrupit.* 4) *Immo dux civitatem aggressus est, imperator exercitum filii soldani a tergo invadentem impugnavit, ut Gesta recte referunt.* 5) *Iconium. Sane Iacobus* unam *male addidit.*

1190. cessitate conpulsus misit ad imperatorem, dicens se[a] velle dare forum et omnia que vellet[b] in pace, et se mestum esse de hoc quod contigerat. Imperator vero[c] propter[d] fetorem[e] mortuorum, quod[f] domus et vie plene erant (Maii 23). cadaveribus, petiit obsides ab eis[g] et secessit fere per tria miliaria et castrametatus[h] est in pomeriis[1]. Soldanus autem[i] dedit ei XXIIII obsides[2] et dedit ei forum per totam suam terram, ut promiserat imperatori. Et[k] quia equi defecerant imperatori propter hoc, quod ipsi eos[l] comederant[m], et mortui erant in preliis et fame, imperator[n] petiit ab eo[o] forum equorum[n], et soldanus ei confert[p] venire maximam multitudinem; sed pernimium eos caros dicebant ex voluntate soldani, ita quod unum dextrarium centum marchas argenti dicebant; et per tres dies fuerunt ita cari. Sed Theothonici ceperunt dare fertonem pro marcha[q], et ipsi bene accipiebant. Audiens soldanus misit ad imperatorem, conquerens se, quod sui decipiebant Turchos. Imperator remisit ei, quod, si darent bonum forum, et ipsi darent bonam marcham; et sic constituerunt inter se potestates de christianis et Turchis, qui tenebant iustitiam; et deinde non deceperunt se. Et Turchimani[r] agrestes, qui non sunt de potestate soldani, semper infestaverunt[s] eos usque in Armenia[t]; postquam venerunt in Armenia et ascenderunt montana, ipsi amplius non fuerunt secuti[u], sed invenerunt Armenos et Grecos, qui dederunt eis forum; post descenderunt de montanis[v] et invenerunt flumen Calphy et iverunt duos dies per ripam illius.

a) ei *add. P.* b) *sic Sic. et Pipin.;* uellent *B.* c) autem *P.* d) *sic P. Sic. et Iac.;* per *B.* e) fectorem *B. P.* f) *emendavi;* quo *B.* g) eo *P.* h) *sic Sic.;* et ea strenue tactus *B.* i) vero *P.* k) Et — imperatori *ex P suppl., om. B; cf. Iac.* l) *sic P. Pipin.;* illos *Iac.; deest B.* m) commed. *B.* n) *ex P et Iac. suppl., deest B.* o) a soldano *P et Iac.* p) ducere fecit *P*; *cf. Iac.* q) *sic P. Sic. et Pipin.;* per marcham *B.* r) turchi manu *B.* s) eos infestabant *P.* t) Armeniam *P.* u) eos *add. P.* v) montaneis *P.*

1) *Verum hoc est, quod Iac. non habet. Cf. Tageno:* iuxta hortum regium sicut et prius castra metatus fuit. 2) *Apud Iac. recte hoc factum esse dicitur, antequam imperator Iconii urbe exiret.*

timuit et misit nostro imperatori, quod vult dare sibi victualia pacifice. Imperator vero noster [propter fetorem mortuorum[1]] petit a soldano sibi dari obsydes, ut possit de eo confidere. Et dedit nobis obsydes IIII^or [2] de principibus suis. Et hoc facto retrocessit a civitate illa imperator per tria miliaria propter fetorem mortuorum. Modo habemus forum de victualibus, tamen nimis carum[3]. Et quia equi defecerunt nobis, quia illos comederamus, petit imperator noster a soldano Sarracenorum forum de equis. Et soldanus fecit cito venire maximam multitudinem equorum, tamen vendebantur carissimi. Vendebant enim unum equum centum marchas[a] argenti. Tunc aliqui nostrum ceperunt in emendo decipere illos Turchos et dare eis pro[b] equis malum argentum. Quod ut cognovit soldanus, conquestus est de hoc aput imperatorem nostrum. Imperator vero remisit ei[c], quod hoc est factum, quia equos vendunt ultra[d] quam debent. Et tunc est ordinatum, quod de utraque gente sint mediatores[e] inter ementem[f] et vendentem. Et sic factum est et servata iustitia de precio ordinato.

1190.

(Maii 23).

DE ALIO PRELIO CONTRA TURCHIMANOS[g].

Postquam recedimus a terra soldani, venimus ad Turchimanos[g], qui sunt homines agrestes et sine lege[c] et ratione. Et isti fortiter nos impugnant et cum lignis et lapidibus et nocte et die, et viri et mulieres; et multos de illis occidimus. Et persequuntur nos, usque dum venimus in Armeniam. In Armenia autem sunt montes maximi, super quos ascendimus omnes cum maximo labore; et tunc Turchimani[h] dimittunt nos. In ista autem Arminia[i] invenimus homines ultra modum silvestres et duros[k] de omnibus et rusticos, tamen dant nobis forum de victualibus. Modo descendimus ad magnam planitiem et invenimus flumen magnum nomine Calphy. Et vadimus per ripam fluminis per duos dies cum maxima consolatione et letitia,

a) *sic codd.* b) m. arg. pro eq. *B* 2. c) *deest B* 2. d) aliter *B* 1. 2. e) medietores *B* 1. f) vend. et em. *B* 2. g) turchianos *A.* h) turchiniani *A.* i) *sic h. l. A. B* 1, *infra etiam B* 2; armenia *h. l. B* 2. k) et *add. B* 2.

1) *Miro modo haec verba, quae uncis inclusi, hoc loco perperam posita cum Gestis conveniunt, quae infra recurrunt recto loco.* 2) *Viginti obsides datos esse testatur Tageno (Magnus, Ansbert.) et epistola SS. XX, p.* 495. *Unde auctor Hist. Fredr.* XXIIII *scripsisse videtur, ut Gesta et 'L'Estoire de Eracles' c.* 24. *in 'Recueil des hist. des croisades, Hist. occid.' II, p.* 135. *habent.* 3) *Hoc, quod in Gestis non habetur, confirmatur verbis Tagenonis:* et si care venderetur.

1190. *Iun.* 10. Tertio[a] vero die[1] vidit imperator ultra flumen quedam amena et virentia[b] loca; transivit causa comedendi et spaciandi et post prandium dixit se velle balneare[c], estus quippe magnus erat*. Descendit autem imperator in flumine[d] cum duobus militibus et cepit natare; et tunc inundatio[e] venit et eum demersit[f]. Et quidam alius[g] miles cucurrit[h] equo[i] et eum extraxit[k] de flumine[2]. Eodem[l] die mortuus est, et ibi[m] planctum[n] magnum fecerunt super eum.

A.

Postea deportaverunt in civitate Salephym[p] et plora- (*Iun.* 11—13). verunt eum per quattuor dies et condiderunt aromatibus.

B.

Et postea portaverunt eum ad civitatem Salephym[p] et paraverunt per tres dies et condiderunt aromatibus.

*) *Pro* estus — erat *habent B. P:* Erat quippe[o] illud flumen magnum[3].

a) *pergit A.* b) preciosa *B. P.* c) *sic P. Sic. Iac. (Pipin.);* baneare *B*; natare *A.* d) *sic B. P;* flumen *A.* e) inuenda *A.* f) mersit eum *B. P.* g) *deest B. P. Pipin.* h) *sic A* (currens *P*; accurrens *Pipin.*); uenit *B.* i) cum equo *B. P.* k) extr. eum *B*; traxit eum foras *P.* l) et *B*; Eo namque *P.* m) *deest B.* n) plantum *B.* o) prope *P.* p) Saleph *A*; phalephym *B*; Salephyn *Sic.*; salaphim *P.*

1) Tertio die *falso scriptum videtur ab hoc auctore, immo eo die quo exercitus Seleuciam advenerat, ut Iac. habet.* 2) *Haec proxime accedunt ad ea quae Hist. peregr. et Ioh. de Piscina, SS. XXII, p.* 340, *tradunt.* 3) *Ita male scripsit Codagn. opinatus voci* estus *hoc loco vim aquarum multarum inesse, cum revera caloris magni vim habeat.*

donec venimus pacifice[a] ad civitatem quandam Armenie 1190.
nomine Phalephy[1]; et habebamus[b] dolorem prope et nescie- *(Iun. 10).*
bamus. Et videbatur nobis, quod essemus in paradiso, quia eramus in pace. Mors autem imperatoris nostri Frederici erat propinqua, sicut infra dicetur.

DE MAXIMO DOLORE DE MORTE NOSTRI IMPERATORIS FREDERICI BARBA-ROSSA.

Ultra flumen predictum de Calphy erant loca spetiosa et delectabilia sicut paradisus. Et transivit imperator flumen cum paucis ad illa viridaria causa comedendi. Erat enim calor maximus. Et post prandium[c] dixit, quod volebat se balneare. Et descendit imperator in[d] aquam fluminis cum duobus militibus et cepit natare. Natura autem fluminis talis[e] erat, quod subito crescebat sine pluvia. Et sic statim venit super imperatorem maxima inundatio aque fluminis, in tantum quod proiecit eum absque[f] virtute natandi in[g] fundum sub aqua. Et factus est totus plenus[d] aqua[h]. Currunt milites et trahunt[i] eum extra aquam semivivum. Veniunt medici, faciunt experimenta sua, ut evacuetur[k]; non potest aqua exire sicut debet. Et sic circa vesperas propter aquam multam, quam habebat in corpore, suffocatus[l] est et moritur. Fit planctus maximus in universo exercitu. Portatur corpus eius in civitatem de Phalephy[m] regis Arminie[2], et ibi condiderunt[n] illud, sicut mox[o] est, cum aromatibus. Dux autem Suavie, filius eius, cum maxima tristitia et dolore strinxit exercitum totum simul. Et eramus in timore maximo propter barbaros, in quibus eramus, ac[p] si fugissemus de prelio. Sed sapientia ducis in navibus et galeis traduxit exercitum totum cicius per mare[3]. Et cum pauca peccunia sumus ad propria reversi, et omnes opes divisimus[q] et[r] aliam spoliam nostram.

a) pacifficice *B* 1. 2. b) hēamus (habeamus) *B* 1. 2. c) pradium *B* 2. d) *deest B* 2. e) *deest B* 1. 2. f) ab || *B* 2. g) ut *A*. h) aque *B* 1. 2. i) trauūt, u *expuncto B* 2. k) euacinetur *B* 2. l) subfocatus *B* 1; subffocatus *B* 2. m) philyaphi *A*. n) *sic codd. pro* condiverunt. o) *i. e.* mos. p) hac *B* 1. 2. q) diuissimus *A*; dimisimus *B* 1; dimissimus *B* 2. r) ad *B* 2.

1) *Iacobus nomen corrupit legens* falephy *pro* ſalephy *(Seleucia). Haec, quae Gesta non habent, optime conveniunt cum Tagenonis relatione:* exercitus, qui precesserat, ea die . . . in campis Seleuciae castrametatus est. 2) *Hoc confirmat Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p.* 162. 3) *Cf. N. Archiv' XVII, p.* 509.

QUOT MILITES SUNT MORTUI IN ISTA VIA.

Modo videamus[1]. Imperator primus Fredericus, qui dictus est Barbarossa, volens ire ad terram sanctam de Ierusalem cepit iter suum de Alamania, sicut supradictum est, cum LXXXX^{M} equitum christianorum armatorum et XX^{M} peditum sagitariorum cum alio vulgu[a] innumerabili. Et vadens per terram versus partes aquilonis per vias pessimas pervenit in Arminiam quasi infra annum[b]. Et inventum est, quod quasi omnes pedites mortui sunt vel in preliis vel in asperitatibus[c] vie; de militibus autem perdidit XX^{M} equitum armatorum, et totus vulgus consumptus est. Et ipse ultimo moritur et nichil de proposito, quare iverat, fecit propter predicta, que impediunt eum. Causa autem, quare per terram vadit et non per mare, hec est, ut comuniter dicitur, quia astrologi[d] dixerunt, quod debebat mori in aqua[2]. Et ideo ipse[e] volens aquas vitare propter aquam suffocatus est. Per[f] aquam autem maris transisset totus exercitus in tribus[g] vel IIII^{or} mensibus et sine maximo[h] labore vel[i] periculo. Sed per viam, quam fecimus, nullus posset ymaginare[k] gravitates et pericula[l], nisi nos, qui fuimus ibi[m] et[n] vidimus et maiora quam scribimus.

a) *sic codd.* b) amum *A.* c) adsperit. *B* 1. 2. d) adstrologi *B* 1. 2. e) *deest B* 1. 2. f) ꝑꝑ *B* 2. g) ꝑtibus *add. B* 2. h) magno, *superscr.* maximo *A.* i) et *B* 1. 2. k) ymaginari *corr.* ymaginare *A.* l) periclo *B* 2. m) *deest A.* n) ī (etiam) *B* 2.

1) *Sequuntur verba Iacobi, qui in fine capitis ad verba relationis exscriptae redit. Cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 507 *sq.* 2) *Longe lateque hic rumor divulgatus erat. Nam praeter Chron. Turon. et Chron. pont. et imp. Mant., in quibus Historiae Fredericae citantur, eius mentionem faciunt Ann. Egmund., SS. XVI, p.* 470; *Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 467; *Chron. Mett. univ., SS. XXIV, p.* 517; *Chron. Goslar. c.* 13, *'Deutsche Chron.' II, p.* 595. *Cf. supra p.* 79. 91.

INDEX.

GLOSSARIUM.

acties = acies 25. 43.
albergari, *castrametari* 24.
ambaxiator 81. 83.
amiratus, *vox Arabica* 86. — amiragius 86. — amirandus 88; *cf.* armirandus.
annualiter 59.
per antediem 85.
appretiare, apretiare 30.
armirandus 89; *cf.* amirandus.
ascleratus 25. 43. 45; *cf.* sclera.
assedium, *obsidio* 73.

baldaciter, *audacter, alacriter* 18. 40. 82.
balestarii 25; balistarii 30. 84; balisterii 25; balesterii 30.
balneare se 96. 97.
bannire 36. 68.
bannum 34; banum 72.
baronus = *baro* 41. 45. 52.
bisestus (annus) 58.
biurara, biura, briura 25, *n.* i. 110.
blandaciter *scriptum pro* baldaciter 18, *n.* y. 82, *n.* q.
blava, blavae, *frumentum* 40. 41. 48. 49. 50. 66. 69.
broletum, *demin. vocis* brolii 36.
brolium, *campus arboribus consitus, parcus* 30. 68.
burgenses 58—61.
burgus 15. 19. 26. 30. 42. 57. 59—61. 69.

campania, campanea 25.
cancellarius, canzelarius, cancellerius 35. 36. 57. 58.
capitaneus 30. 49. 56.
carcar = calcar 44.
cardinus, *hortus, viridarium* 92.
carocerus, carrocerus, carozerus, *carrus rexillifer Lombardorum* 25. 40. 43. 53. 62. 63. 65. 66.
carocius, carotius, *i. q.* carocerus 25. 41. 43—46. 53.
carrigium 60.
castanea 55.
castramentari = castrametari 23—25. 54. 63. 92.
cimiliarcha 42. 53.
circulus, Faßreifen 60.
combursit (*pro* combussit) 69. 70.
comeatus, comiatus, *licentia abeundi* 34.
comestibilia 81. 89.
comitiva 79.
condiderunt *pro* condiverunt 96. 97.
corticare = decorticare 66.
costa, *Ital. costa* = *collis* 45. 66; = *ripa* 64.
cridare, *vox Ital., clamare* 35.
curialitas 23.

decorciare = *decorticare* 40.
deierari = *peierare* 26 (deierati sunt). 43.
dextrarius, *equus militaris* 94; destrarius 46.
dieta, *iter unius diei* 81.
disconfictus, *devictus* 45; disconfitus 71.
in districtu ponere, *in carcerem conicere* 81.
duploma, Umweg 18.

evadi (evasi erant = evaserant) 47.
excludere *pro* claudere 26.
expensae, *sumptus* 22. 24. 36. 57. 59. 67.
exprimere = opprimere 44.
expugnare = oppugnare 44. 65.
extrinseca gens 25.

ferto, *nummus parvi pretii* 94.
fictum, *census, tributum* 55. 56.
fiducia, *tutela, salvagardia, indutiae, quae pacto quodam fide interposita conceduntur* 17. 49. 61. 62.
foculare = focus, Feuerstätte 58. 59.
fodrum 35. 60.
forenses 60.
fortia, forcia, *manus, vis* 18. 23. 67.

galea, *navis armata remis propulsa,* Galeere 83. 85. 97.
grandus (granda) 91.
grossus 79. 89.
guadum = vadum 68.
guarda 22.
guastare = vastare 15.
guastum, *vastatio* 66. 69. 70.
guerra 16. 21; guera 15.

hostis = *expeditio bellica* 72.

inducta *subst., impulsus, incitatio* 15.
interratus, *terra munitus (refertus?)* 65.
intrinseca gens 25.
inturbare 58.

laceolus = *laqueus, Ital. lacciuolo* 59.

malsanus, *infirmus, aegrotus* 31.
manganatum *(mangana proiectum)* aurum 89.
mansum, *iugerum agri* 58. 59.
mantenendum *subst.,* Aufrechterhaltung, Behauptung 15.
manutenere 24. 31. 33. 43.
marcha, *nummus* 94. 95.
marciaticum, *frumentum mense Martio seminatum,* Sommergetreide 59.
marturiari, *martyrio perimi* 38.
menolatus, *nummus auro et cupro confusus, ut ait Arnold. Lubec.* 88.
mercatum 42.
merlatus, mit Zinnen gekrönt 65.
milium 55.
montana *subst. fem.* 82.
montanea *subst. fem.* 88. — montanea *neutr. plur.* 88. 94. — montaneae partes 28.
mox = mos 97.

necari, *aquis submergi, Ital. annegare* 49. 63.
nefax = nefas 51.

obba 58.
onager, *machina lapidibus iaciendis* 32.

palafredus, *equus* 19.
panerius, *sporta* 86.
passare, *transire* 72.
passus, *fauces* 81.
pedica 59.
pertica, *trabs* 32.
pescina, *stagnum, vox derivata a* pisce 51.
plaustrellum 40.
plebes, *parrochia, Ital. pieve* 35. 56.
podium 45.
pomerium = pomarium, *viridarium, hortus* 94.
potestas, *podestà* 33. 35. 60. 94.
pradariae (predariae) falces 40.
predaria = prederia 22, *n.* f. 32, *n.* h. i. l. 65.
prederia (predera), *machina petraria* 22. 32.
presonerius, *captivus* 46.
privatim, *clam, occulte* 44; private 51; privatissime 27. 63. — privacius iter 22.
probiter 89.
pusterla 42.

quartum, *tributum, quo quarta pars fructuum (redituum) solvitur* 56.
quasi = *paene,* beinahe 22. 79. 87. 98.

rocha, *arx (rupes)* 28.
rocheta 28.
roncinus, *equus* 19. 32. 79.

sagittarii, sagitarii 17. 25. 30. 40. 79. 81—83. 85. 88. 89. 98.
salvati = silvatici 91. — salvaticae erbae 91.
sclera = *schera, scara, vox Germ.* Schaar, *Ital. schiera* 25. 43. 44.
scutifer 32.
securiter 42.
sero, *vesper* 51.
sextarius 49.
siphus = scyphus 23.
soldus, *nummus* 21. 32. 50. 58. 59.
solarium, sollarium 31.
solium = solum 52.
somarius 88.

spanna, *vox Germ.* Spanne, *Ital. spanna* 59.
spolia *fem.* = spolium 97.
stubla = *stipula* 47.
suadere *cum accus. pers.* 44.
sustinere = *sinere, pati* 52.

terragium, teragium 27. 65.
tertiolorum soldi 32.
tertium (fictum), *tributum, quo tertia pars redituum solvitur* 55. 56.
transpadare, *Padum fl. transire* 17.
transticinare, *Ticinum fl. transire* 24.
treugua, treuga (tregua) 64. 71.

ultramontaneae partes 29.

vegetes, *dolia* 60.
vendi 32. 48. 50. 95.
viandae, *victualia* 15.
victualia, *Genet.* victualiorum 20.

ymaginare = imaginari 98.

EMENDANDA.

P. 19, *l.* 9. 10. *melius cum cod. A* Frasceda *legendum videtur (cf. Indicem s. h. v.) et in nota* k *ponendum:* frascenda *B.*
P. 25, *n.* i. *Nescio an haec vox corrupta eadem sit, quae occurrit in Ann. Mediol. breviss., SS. XVIII, p.* 392, *l.* 8. briura (*l.* 10. biura).
P. 38, *n.* w *lege:* facile quidem *pro* facile quidam.

HOC TOMO CONTINENTUR:

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.